l.peto.§.fratre.ī.eo.Unde dicit ipſe,quod iſta debet intelligi ſecū-
dum illam,vt intelligatur tēpore mortis,ſcilicet ⁊ teſtamenti.Pe.
dicit aliter in d.l.fi.C.de ver.ſig.dixi in d.l.ſi cognatis.

LEX XXXIIII.

1 ☞Coheredes non poſſunt conueniri hypothecaria pro parti-
bus aliorum,qui non ſunt ſoluendo.
2 Conſuetudo,ꝙ ſi ruſticus non ſit ſoluendo alij ſoluant onera pro
eo,an valeat.

a **Legatorum.** [a]Non tenetur quis ad legatū ex
perſona coheredis,qui nō eſt ſol-
1 uendo,h.d.Queritur†vtrum[b] hyoothecaria poſſint con-
b ueniri coheredes pro partibus aliorū?Certe quod hic dicitur in
perſonali,idem in hypothecaria,l.j.in fi.C.commu.de lega. ⁊ facit
2 lex iſta contra conſuetudinem†ciuitatis,per quam, ſi vnus ruſti-
cus non eſt ſoluendo exigitur ab alio.pro hoc.C.vt nul.ex vica. p
c alie.debi.exiga.lib.xj. l.j.⁊ ibi dixi.[c]

ADDITIONES.

a AND.BAR. ¶Legatorum.Et vide doct.in c.tua.vbi dicunt ꝙ
in hypothecaria ſi vnus coheredum nomine ſoluendo,tenetur al
teri,vt l.inter fideiuſſores.ff.de fideiuſ.Bar.hic ſentit contra.pon
dera,⁊ dicas ꝙ hic loquitur in legatis.gl.⁊ doc.in d.ca.tua.loquū
tur in creditoribus.
b ALEX. ¶Queritur vtrum.Uide que dicit Bal.in hac materia
in l.iij.C.de neg.geſt.⁊ latius per Bar.in l.iiij.§.j.de re iud.
c ALEX. ¶Et ibi dixi.Uide que dixi poſt Imo.in l.cum filius.de
verborum obliga.in prin.
* CLAVD. DE SEISS. ¶Uide eundem Alexā.in l.ſepe. ī.de re
iudic.

1 ☞Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata tantum,ſi plu
ra fuerunt.

1 **§.Qui plures.** †Clauſula generalis reſtringitur ad
ſpecificata tantum,ſi plura fuerunt
h.d.Contra iſtam legem videtur tex.ī.eo.l.Meuius.§.eum.Sol-
ue vt ibi.¶Op.ī.in l.proxima.§.pen.Sol.ibi fuit caſus econtra,
quia primo relinquit in genere,poſtea ab vno ī ſpecie.Gl. aſſignat
arg.contra de l.ſi cum fundum.de ver.ſig.dicit Dy.quod hic pre-
cedentia declarant ⁊ limitant ſequentia:ibi ſequentia declarant ⁊
limitant precedentia,⁊ ſic non eſt contra.Item hic non dicitur,ꝙ
omnes damnauerit in codicillis, ſed qd̄ ſcripſerit codicillos ad
omnes.Dy.no.iſtam legem.

LEX XXXV.

**Titia cum teſtamento.** Uerba enūcia-
tiua de futuro emiſſa propter aliud,vel enūciatiua de
preterito,ſine expreſſione rei, diſpoſitionē nō inducūt
h.d.¶Op.in prin.dicit tex.ꝙ dicit teſtator ſe legaturū,poſtea di-
cit tex.ꝙ dicit,ſe legaſſe.Sol.expone,legaſſe,id eſt,legaturum eſſe
Uel dic,⁊ melius,ꝙ Iuriſconſultus arguit,ꝙ dicta verba enūcia
tiua de futuro diſpoſitionem nō inducunt,qꝛ etiam ſi eſſent verba
enunciatiua de preterito,ſine expreſſione rei,diſpoſitionem non in
ducunt.Op.ī.ti.j.l.Pamphilo.in prin.So.Ibi fuerunt verba enū
ciatiua emiſſa pricipaliter propter ſe,hic propter aliud. ¶O
ꝙ incertitudo non vitiet legatum.l.quidam.ſ.eo.Gl.ſoluit
ibi ſpeciale.¶Op.de l.ex hac ſcriptura.de dona.Sol.vt ibi
1 ☞Uerba teſtatoris impropriantur,vt diſpoſitio non redda
inutilis.
2 Subſtitutio compendioſa facta per verba cōmunia intra tempo
ra pubertatis,ſi ſunt appoſita illa verba,ꝙ ſubſtitut⁹ a ſe ca
intelligitur directa ex preſumpta mente teſtatoris.
3 Teſtator poteſt dare in teſtamento authoritatem ingrediendi
pria auth.poſſeſſionem.
4 Libellus ſi dicat,peto talem villam,procedit.

1 **§.Lucius.** †Uerba teſtatoris extra propriam ſigni
ficationem verborum intelliguntur, vt lega
non reddat inutile.h.d.Quero,qualiter iſta verba debēt in
Gl.dicit ꝙ habēt quinqꝫ expoſitiones,duas malas,⁊ tres b
Due male reprobantur hic in tex.Prima expoſitio eſt,a ſeipſ
eſt,quantum poteſt iure hereditario.Iſta eſt mala hic,quia
cōmiſſum redderetur inutile,vt tex.dicit,ſed vbi non vitiaret
eſſet bona,vt ī.dicā.Secunda expoſitio eſt,a ſeipſo,id eſt, v
tiū ſoluat.iſta reprobat in fi.§.Alie expoſitiones ſunt bone
ſo, id eſt, non per mediā perſonam filij,vel ſerui.Uel a ſeipſ
2 de manu alterius,ſed p ſe directo,ꝙ nota.Per iſtū §.dicit
ſtitutio cōpēdioſa facta per verba cōmunia intra tēpora pu
tis,debet intelligi directa ex preſumpta voluntate defuncti,
do apponit verba illa,ꝙ ſubſtitut⁹ poſſit bona accipere ſua
pria authoritate,ſeu voluntate.Hoc em̄ importat directo,
fideicōmiſſum de manu alterius, vide gl.Et ſic tantum im
bit a ſeipſo.i.iure hereditario,nec tunc vitiat inſtitutionem,
cit eam validiorem.Tertia expoſitio eſt,vt accipiat a ſe,id eſt
a authoritate ingrediat poſſeſſionem.[a]No.†ergo ꝙ teſtator p
3 dare libertatem in teſtamento ingrediendi poſſeſſionē ſua au
4 ritate,ſicut dicim⁹ in cōtractibus.l.creditores.C.de pig.¶
b mo inducit iſte §.ꝙ valet libellus,[b]ſi dico,peto talem villā
ſi dicerem,peto ꝙ poſſides in tali villa.c.cū ad ſedē.extra de re
ſpol.⁊ ibi per Inno.facit ī.de ope.no.nun.l.de pupillo.§.qui nu
ciat.⁊ ibi per Iac.de Aret.⁊ ibi dixi.Facit quod no.gl.in l.re
pellatione.ij.ī.de ver.ſig.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Ingrediatur poſſeſſionem.Per Bar.in l.creditores.
de pig.in ij.q.prin.⁊ Bal.in l.j.C.communia.de leg.
b ALEX. ¶Ualet libellus.No.formam libelli.Adde Bar.in l.j.
poſt prin.ſ.de eden.⁊ dixi ibi per Imo.in c.j.de li.obl.⁊ Hoſ.in c.
in preſentia.de renunt.⁊ vide Bar.in l.Marcellus.§.armamenta.
ff.de rei vend.

1 ☞Adhibitus ad actum vt teſtis,non preiudicat iuri ſuo.
2 Preſens actui,quem poterat impedire,quando ſibi preiudic

1 **§.Lucia.** Qui eſt†adhibitus vt teſtis,non preiudica
ri ſuo.h.d.¶Op.ſ.de pig.l.fideiuſſo.§.p
2 ſi fundū per fideicōmiſſum.in prin.ſ.ti.j.So.gl.†Aut fuit p
tali actui,quem poterat impedire contradicendo,aut non.
no.in l.Caius.ſ.de pig.act.per l.ſepe.de re iud.⁊ quod dico
fundum per fideicommiſſum examinabo in l.que dotis.ſ.

1 ☞Uerba enunciatiua non inducunt diſpoſitionem vltra ver
borum ſignificationem.
2 Uerba enunciatiua negatiue prolata quando inducant diſpoſi
tionem.
3 Teſtator ſi iubet vxorem non inquietari pro rebus in camera
ſtentibus,an ſi vxor amouit res viro inſcio,videatur liberata

1 **§.Caius Seius.** Uerba†enūciatiua nō indu
cunt diſpoſitionē vltra verborum ſigni
ficationem.h.d.¶Op.ī.de cond.⁊ dem.l.cum tale.§.falſam.
cit,ꝙ hic,verba enunciatiua fuerunt prolata nō expreſſa cer
vel quantitate:ideo non inducunt diſpoſitionem,vt ſ.ea.l.
Eodem modo ſol.in l.qui vxori.ī.de aur.⁊ ar.le. Hoc non p
quia hic,nō ſolum fuerunt verba enunciatiua:ſed diſpoſitiua
rit enim inquietari nolo.Preterea licet nō exprimere certā
titatem,vel rem,diſpoſitionem vitiet quo ad obligandum:ta
men quo ad liberandū.l.emptor.§.Lucius.ſ.de pac.⁊ l.
2 de accep.Unde Dy.dicit,†ꝙ hec ſunt verba enūciatiua nega
prolata,que diſpoſitionem non inducunt qd̄ no.ſi eſſet vera
a men hoc videtur contra caſum[a]l.rationes.⁊ aut.quod
de proba.vnde Ja.de Are.dicit,vt Cy.refert in l.verba
ꝙ hic,ſunt verba enūciatiua negatiua dominij,que diſpoſitionem
non inducunt.Sed in d.l.rationes.⁊ aut.quod ob
enunciatiua negatiua alteri⁹ obligationis.Certe verba enūciatiua
tiua quantum ad inducendum exceptionē, videntur eodem modo
b ſufficere in actione reali,ſicut in perſonali.l.emptor.[b]
Preterea,eodem modo dicitur liberatio ab actione reali
perſonali.d.l.⁊ vno.de accep.Sol.ergo vt ſoluitur hic
per verbo,penes,quod hec verba enunciatiua, vel diſpoſitiua
inducunt

nducunt diſpoſitionem vltra ſignificatum vocabuli,ſed ſignifica
o huius verbi,penes vxorem meam nullam pecuniaꝫ eſſe,ꝛc.nõ
ncludit tranſlatam poſſeſſionem in patrimonium vxoris per vi
um vt ĩ.de ver.ſig.l.penes.Ita etiam ſoluit gl.in l.j.C.de fal. cauſ.
die.le.¶†Quero,quid ſi vxor aliquas res viro amouerit, ꝛ vir
erit vſus his verbis , an videatur relinquere liberationem.Gl.
uod ſic,vbi teſtator ſciuerit,niſi per heredem probetur cõtrariũ.
ſed certe ſi teſtator iurauit.heres non poteſt probare contrariũ,
in auth.quod obtinet.C.de probatio.

ADDITIONES.

LEX.¶Videtur contra caſum.Vide Bal.in d.l.rationes,ꝛ in
uth.ibi poſita.
LEX.¶Ut l.emptor.Adde gl.in l.emptor.§.ancilla.de rei ven.
quod ibi dixi.

**§. Si ea.** Si non ſtat per legatarium,videtur impleta con ditio.h.d.

**§. Qui inuita.** Si pater legat filie , qua inuita dotẽ exegerit,filia debet eſſe contenta alte
utro,niſi plus ſit in dote,h.d.Nota tex.ibi,non eſt eniꝫ veriſimile
ꝛc.Op.ꝙ maritus ſit liberatus per ſolutionem factam patri. l.do
tem.ſ.ſol.ma.So.hic mulier habebat cauſam contradicendi.Op.
dicitur hic,vtique nõ ignorans,cõtra quia imo idem ſi ignorans,
l.ij.in fi.ſ.ſo.ma.Sol.ſubaudi.maxime.¶ Op.hic dicitur,ꝙ debet
eſſe contenta alterutro. Contra,imo debet habere vtrunque l.j.§.
ciendum.C.de rei vxo.So.Pater hic expreſſe legauit,nomine do
is.Vel dic aliud ĩ patre,aliud ĩ viro legãte,vt no.ĩ l.ſi cũ dotẽ.§.ſi
pater.ſ.ſol.ma.¶ Querit gl.vtrũ marit⁹ habeat actionẽ ad lega
um:Dic vt in gl.in ver.ꝙ nõ conſenſerit.Querit gl. an filia poſſit
epudiare legatum,ꝛ agere pro dote:Dicit ꝙ ſic,ꝛ bene.

ADDITIO.

LEX.¶Qui inuita.Habet tamen ex hoc legato filia talis cõ
nodum quia non tenebitur dotem conferre.Ita ſing.dixit Bart.
n l.cum pater filie.ĩ.eo.quod perpetuo nota.

☞ Diſpoſitio ſpecialis derogat generali.
Verba generalia obſcura declarantur per precedentia clara.
Incertitudo reddit onus inutile quemadmodũ reddit legatum.

**§. Lucius** Diſpoſitio † ſpecialis derogat generali, obſcura declarantur per precedẽtia clara,h.d.
¶Op.quod propter generalem clauſulam omnes teneantur ad
egata,non ſolum Titius,vt ſ.tit.j.l.ſi tibi homo.§.j.ꝛ ĩ.eo.l.Me
uius,§.eum qui.So.Hic preceſſit generalis,ꝛ ſecuta eſt ſpecialis:
ibi econtra.Ad predicta op.gl.contra ſecundum dictum huius §.
de l.ſi ſtipulatus.ſ.de vſur.ꝛ non ſoluit.Dicit Dyn. quod ibi ſunt
verba quorum ſignificatio poteſt aliquid certũ inducere hic non,
quia ſimpliciter dixit onera.Sicut enim incertitudo†reddit lega
tum inutile.l.cum poſt.§.gener.ſupra de iure dot.Ita reddit inuti
le onus,ar.l.cum pater.§.fi.ĩ.eo.ſecundum Dy.

☞ Verba diſpoſitiua ad quemcunque,directa fidecommiſſi pe
titionem inducunt.
Res,que ad aliquem pertinet teſtatoris diſpoſitione ad tempus
poſt illud redire cenſetur ad heredem.
Relinquens fundum ad vſumfructum,videtur relinquere domi
nium.
Uxor relicta domina ꝛ vſufructuaria,quid habere debeat, etiam
liberis inſtitutis ꝛ nu.5.ꝛ quid extraneis,nu.7.
Dictio,ꝛ pro vel.
Uxore relicta domina,ꝛ maſſaria:vel domina,ꝛ dominatrice,im
portatur quedam preeminentia in domo.
Uxor domina domus appellatur.
Uxor relicta domina,vel vſufructuaria omnium bonorum, quid
habeat.
Uxor ſi relicta eſt domina,ꝛ vſufructuaria,filio ꝛ extraneo inſtitu
tis,quo ad filium habebit alimenta, quo ad extraneum vſumfru
ctum ſue partis.
Filio inſtituto,ꝛ extraneo ſubſtituto,ꝛ vxore relicta domina,ꝛ vſu
fructuaria,vxor habebit vſumfructum hereditate deueniente ad
ſubſtitutum vulgariter.
Uxor,a ſubſtituto pupillariter,debet habere totum vſumfructũ.
Mater,vel nouerca ſi relinquitur domina , ꝛ vſufructuaria quid
habere debeat.
Uxor relicta domina,ꝛ vſufructuaria,ſi aſcendentes, vel collate
rales ſint inſtituti,quid habere debeat.

**§. Titia.** Verba diſpoſitiua†ad quecũque directa,fideicõ miſſi petitionẽ inducunt.Item qui voluit res ad
aliquem pertinere ad tempus,poſt illud videtur velle ad ſuum he
redem redire.h.d.No.quod dixi in ſummario, ꝛ videbitis in l.vnũ
ex familia.in fi.ꝛ l.peto.in prin.ĩ.eo.¶ Quero vtrum maritus in
terim habeat proprietatem,quia dixit,ad vite vſumfructum:Gl.
ex iſto tex.arguit.pro ꝛ contra. Ueritas eſt.quod interim habeat
1 proprietatem.Aliud enim†eſt relinquere vſumfructum, aliud re
linquere fundum ad vſumfructum.ſicut hic:quo caſu legat domi
nium.De quo per Cy.in l.ſi mulier.C.de iure dot.ꝛ ibi gl.tangit,ꝛ
gl.in l.donationes.§.ſpecies.de do.Dixi.plenius ĩ l.libertis quos.
a §.j.ĩ.de ali.ꝛ cib.leg.¶ Quero,quid ſi tempore,[a] quo vir decedit,
heres inſtitutus deceſſerit,vtrum fideicommiſſum debeatur here
di heredis:Certe in primo caſu quando dixit,erunt tua ꝛ filiorũ
tuorum,tunc debetur filijs.Sed in alio caſu,quando teſtatrix re
linquit viro,quandiu vixerit,ꝛ nihil vltra dixit,videtur velle ꝙ re
uertatur ad heredem ſuum non habito reſpectu ad perſonam,ſed
magis ad ius hereditarium ar.l.ita.ĩ.de ſtat.lib.ꝛ ideo debebitur
3 heredi heredis.facit l.in annalibus.C.eo.†Querit Dy.[b] quid ſi te
b ſtator dixit relinquo vxorem meam dominam,ꝛ vſufructuariam,
quid importãt iſta verba:Videtur quod non valeat,quia conti
nent repugnantiam,quia non poteſt eſſe quis dominus, ꝛ vſufru
ctuarius.l.vti frui.ſ.ſi vſuſf.pet.Dy.dicit,de iure mulier poteſt eli
gere vel proprietatem plenam,vel vſumfructum tantum: ꝛ ſic di
ctio ꝛ,ponatur pro vel.l.ſi Titio fundus.de vſuf.leg.Et idem te
net Ja.de Are.in l.cum ſi exhibuiſſent.§.quod ait.ĩ.de publ.ꝛ no.
per Cy.in l.j.C.ſi ſecun.nup.mul.ꝛ ibi gl.dicit,quod de conſuetudi
ne obtenta in curia Bulg.habet ſolum alimenta,liberis exiſtenti
bus:ſecus ſi extraneis inſtitutis.ꝛ curia Bulg. eſt contrata que
dam in ciuitate Bononie,vbi ſtetit Bul.ꝛ ad fugiendas contẽtio
nes tpe ipſius Bul.fuerũt ibi redacta quedã in ſcriptis.q̃ fuerũt
Bononie obtenta.ꝛ de conſuetudine approbata,inter q̃ hoc fuit
ſcriptum:que conſuetudines ſeruantur per omnes partes Italie,
in quibus fuit hoc,quod qualiter debet intelligi,patet ĩ.¶ Que
4 ro quid ſi dixerit teſtator relinquo dominam,ꝛ maſſariam:vel do
minam ꝛ dominatricem,quid importent iſta verba:Reſpondeo,
non important dominium,ſed quandam preeminentiam in domo
ſicut erat preeminens ante mortem viri domini,l j.ſ.re. amot.ꝛ l.
j.§.ſi vir,ſ.ad Syl.ꝛ l.cum ſi exhibuiſſent.§.j.ĩ.de public.ꝛ ibi Ja.
de Are.ꝛ l.pronũciatio.§.j.ĩ.de ver.ſig.ꝛ hoc tenet Spec. in ti.qui
5 filij ſint le.§.j.ver.quid ſi viro.¶ Sed q̃ro,†quid ſi dixit, relinquo
vxorem dominam.ꝛ vſufructuariam filijs inſtitutis : Dicit gl.qđ
debet habere alimenta tantum, ſed in extraneis, dicit ſecus. Ad
quod intelligendum,ſciendum eſt ꝙ hoc verbum,dominaꝫ,in hac
diſpoſitione poſitum , non importat ꝙ videatur relictum domi
nium bonorum:ſed preeminentia quedam,vt dictum eſt.ꝛ hoc col
ligitur ex communi vſu loquendi, quia homines vxores appel
lant dominas domus.l.Titia.§.qui Marco.ĩ.de ann.leg.ꝛ leges
6 †etiam appellant eas dominas.l.j.ſ.rerum amo.ꝛ l.j.§.ſi vir.ſ.ad
ſyl.Hoc etiam patet, quia teſtator alium heredem inſtituit, vnde
non eſt veriſimile ꝙ voluerit vxorem habere dominium rerum il
* larum ꝛ illum fecerit heredem in vanum.*Simile habetur in l.ij.
§.ſed ita.de annu.le.vbi dicendo trima die,intelligitur,i.tribus an
nis,tam ex vſu loquendi,quam ex interpretatione que conſueuit
fieri in ſermone compoſito.ſ. annua, bima, trima die, quam ex eo:
quia non eſt veriſimile teſtatorem ita modicam dilationem adie
ciſſe,ꝛ iſta interpretatio eſt iuris communis,ꝛ bona,ſiue ſint inſti
7 tuti filij,ſiue extranei.¶†Secundo aduerte,quia in hac diſpoſitio
ne ponitur verbum, ꝛ vſufructuariam, ꝛ iſtud fauore filiorum eſt
interpretandum,ꝙ ad ſola alimenta porrigitur,ſecundum conſue
tudinẽ,vt no.in d.l.j.C.ſi ſecun.nu.mul.Sed dic in extraneo, ꝙ de
iure debet habere vſumfructum omnium bonorum deducta falci
dia,l.vxori mee.de vſufru.le.ꝛ ſ.de vſufr.l.omnium.Eodem modo
8 †puto dicta verba debere intelligi,ſi ſimpliciter proferantur,vt re
linquo vxorem meam dominaꝫ:vel relinquo eã vſufructuariã om
* nium bonorum:*ſed ſi relinquo eam vſufructuariaꝫ alicuius fun
di,tunc ceſſat dicta conſuetudo,ꝛ debet habere vſumfructum:ita
c ſentit Odo.¶ Quero,pone[c] ꝙ teſtator inſtituit†extraneum,ꝛ fi
9 lium,ꝛ vxorem relinquit dominam,ꝛ vſufructuariam:Dixi quod
quantuꝫ ſpectat ad filium,iſta verba importãt alimenta tantũ:
ſed pro parte extranei,habet vſumfructum ſue partis.cum enĩ fa
uore filiorum ſit introductum ꝙ tantum habeat alimenta,nõ ex
tendetur ad extraneuꝫ.pro hoc facit l.ſi ita ſcriptũ.in prin.de ma.
teſt.ꝛ l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.ꝛ l.fin.fami.erci.
d ¶ Quero,[d] pone qđ filius eſt inſtitutus,ꝛ extraneus ſibi ſubſtitu
10 tus,ꝛ vxorem reliquit dominam ꝛ vſufructuariam , ꝛ hereditas
deuenit ad ſubſtitutũ vulgarẽ,quid debeat habere mulier : Reſp.
ſi loquimur in ſubſtitutiõe vulgari,dꝫ mulier habere vſumfructũ,
cũ a ſubſtituto cepit habere vires,l.qui fundum.§. qui filium.ad l.
Fal.ꝛ in perſonam ſubſtituti qui eſt extraneus,ceſſat interpreta
tio conſuetudinis:ꝛ etiam videt̃ caſus.ſ.eo.l. cum patronus. ꝛ l.ꝛ
11 ſi cõtra,ſ.de vul.ꝛ pup.ſub.Sed in ſubſtituto†pupillariter ad quẽ
hereditas peruenit, quid deberet habere iſta vxor põt dubitari.
Et videtur ꝙ debeat habere alimenta,q: filius fuit heres patris,
ꝛ ſic iam legatũ ex perſona filij cepit vim habere:ergo ſubſtitutus

non poteſt teneri in plus quã filius.l.qui fundum.§. qui filium. ĩ.
ad leg.Fal.Ego dixi,ꝙ debes inſpicere verba relicti.Si em̃ dicis,
relinquo vxorem dominam,⁊ vſufructuariam,⁊ ſic eſt vnum lega
tum.⁊ non variať,tunc precedẽs ratio procedit:ſed ſi dicis,relin
quo dominam,⁊ vſufructuariam,donec caſte vixerit,tũc ex eo qꝺ
dicit,donec,videť eſſe legatũ annuũ.ĩ.de annu.legatis.l.legatũ.⁊ ꝑ
primo anno eſt purum,pro ſequentibus conditionale,⁊ per conſe
quens incipit deberi a perſona ſubſtituti,l.ſi fundum.§.ſi pater.ſ.
tit.j.⁊ ſic cum ſubſtitutus ſit extraneus,vxor debet habere vſum
e fructum totum,⁊ ita conſuluit in conſi.[e]incip.Petr.Mattioli de
* Peru.⁊ plures ſe ſubſcripſerunt.*Preterea cum ſit annuum lega
tum,in principio cuiuſlibet anni debet inſpici cõditio perſonarũ,
l.cum in annos.ĩ.de annu.le.Conſuetudo loquitur, quando quis
12 relinquit vxorem dominã,⁊ vſufructuariã. Sed†quid ſi relinquit
matrem,⁊ ſororem nouercã,⁊ ſimiles,dominam ⁊ vſufructuariã:
cogita.ita conſuetudo loquitur, quando ſunt inſtituti filij, ⁊ de
13 ſcendentes.¶Quero†quid ſi ſunt[f]inſtituti aſcendentes vel col
f laterales,⁊ fratres:Uidetur quod non habeat locum arg.l.iij.§.j.
g ĩ.de le.preſt.Cogita,[g]in his duobus.Non habetis hic alia.

ADDITIONES.

a POMA. ¶Quid ſi tẽpore.Alex.cõſi.clxxiij.in v.vol.⁊ vide Ale,
pro declaratione in l.paterfamilias.ff.de vul.⁊ pup.⁊ in l.Gallus.
§.etiam ſi parente,in fi.ff.de lib.⁊ poſth.⁊ in l.fi.C.de leg.

b ALEX. ¶Querit Dy.Uide Bal.in l.fi.C. de indi.vid.in ver.itẽ
poſſet.⁊ Bar.in l.mulier.§.cum proponeretur.ĩ.ad Treb.in ver.
quero quid ſi dixit teſtator relinquo dominã,⁊ maſſariã,vide no.
per Bal.in hac queſti.⁊ in d.l.fi.C.de ind.vidui.plenius per Spe.
⁊ Jo.An.in ti.qui filij ſint legi.in prin.in ver.quid ſi quis ita dixit
in teſtamento,⁊ quod no.Bal.Ange.⁊ Jmo.in l.filius a patre.de
lib.⁊ poſthu.Et Bal.in l.id quod.de epiſc.⁊ cler.⁊ in l.extraneum.
de here.inſtit.⁊ in authen.ꝙ ſi.de ſecund.nup.⁊ in l.voluntatis.C.
de fideic.⁊ vide ad hoc Bar.in conſi.inci.in Chriſti nomine,Ber
tholdus fecit teſtamentum.⁊ in conſi.inc.Pe.Matheoli,⁊ Joan.
An.⁊ alios in c.ſi pater,in prin.de teſt.in vj.⁊ limita iſtam mate
riam ſing.niſi teſtator ſpecialiter legaſſet alimenta, ⁊ etiam eã ſim
pliciter reliquiſſet vſufructuariã ſm Pau.de Ca.conſi.ccclxxxvij.
inci.in Chriſti nomine ꝙ vxor, ⁊c. ⁊ quando dicitur ſolummodo
relinquo vxorem meã vſufructuariam,extantibus filijs,ꝙ veniat
vſuſfructus,tenet Bal.per illum tex.in l.ſi pater.C.de vſufr.vide
etiam eũ in d.l.fi.C.de indic.vid.tol.quid econtra ſi vxor relinquat
maritũ dominum,maſſarium,⁊ vſufructuarium:dicit Bal.in auť.
hoc locũ,in fi.C.ſi ſecun.nu.ꝙ idẽ eſt.⁊ ibi etiã per Ang.de hac ma
teria.quid ſi teſtator ſimpliciter dixit,vxori relinquo habitationẽ
in domo cũ filijs.an debeat habere alimenta: Bal. tenet ꝙ ſic in
d.l.fi.de indic.vidui.tol.dicit Ang.no.in l.j.ff.rerum amo.ꝙ per illa
verba relinquo vxorem meam dominam, ⁊c. videntur relicta ali
menta cum poteſtate accipiendi ea propria authoritate , licet in
alijs ſecus.quod reputat nota.Et ſi teſtator relinquit vxorẽ domi
nam,⁊ vſufructuariam,donec voluerit habitare cum filijs . pone
ꝙ filij mortui ſunt vtrum tale legatum deficiat per mortẽ ipſorũ,
⁊ ſic per caſum vide Pet.de Anc.conſi.cxxx.alias lxxix.inci.Que
ſtio videtur magis dubia ꝙ appareat,⁊c.per eũ in cõſilio ccxxix.
inci.Quia in primo queſito modica vř.⁊c.⁊ ſuper iſto caſu conſu
luerunt Jo.Bapt.de Cacialupis ⁊ Barth.Soci.ꝙ no.¶Adde
quid habere debeat vxor relicta vſufructuaria adminiſtratrix , ⁊
an per illa verba videatur data tutrix.Bal.conſi.ccccxxix. iiij.vol.
⁊ quid habere debeat,quando eſt relicta domina omnium bono
rum inſtituto filio,vel extraneo per eundem ccccv.iij.vol.⁊ quid ſi
ſit relictus vſuſfructus integer,⁊ victus,⁊ veſtitus,an debeat ha
bere vtrunq̃,per eundem conſi.ccxij.⁊ ccix.⁊ per eundem de vxo
re relicta vſufructuaria conſi.lvj.⁊ lxxix.⁊ ccccxxxj. li.ij.⁊ Pau.de
Ca. conſi.ccxl.⁊ cx.Quid autẽ habere debeat cũ filius inſtitutus
mortuus eſt etiam relicto ſubſtituto,vide Ro. conſi. cccccxvj.Et
quid habere debeat,cum mater eſt inſtituta,vide Pet. de Anch.
conſilio ccxxix.

* CLAVD.DE SEISS. ¶Jllum fecerit heredem in vanũ.Hoc
limita non procedere quando teſtator adiecîſſet vxori tale graua
men quod non poteſt alteri quam domino conuenire.ita ſingula
riter Bal.in l.proculus.ſ.de vſufr.per illum tex.quem refert Ale.
in l.ſi conſtante.ſ.ſol.mat.in prin.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Uſufructuariam omnium bonorũ.
Uide ad hoc Fran.Are.conſi.iiij.in j.dub.vbi iſtud tꝫ in pulchro
caſu quando teſtator reliquit vxori vſumfructum omnium bonoꝝ
mobilium ⁊ immobilium,ita ꝙ non teneatur ſatiſdare de idemni
tate rerum,⁊ ꝙ ipſe res debeant reſtitui in eo ſtatu, in quo erant
tempore mortis ipſius mulieris.Jtem ⁊ quod propria authorita
te capiat.Dicit tamen ꝙ propter predicta habebit aliquid plus
iuris quam ſimplex alimentaria.vide Alex.in l.nemo poteſt.ſ.tit.
j.⁊ Bar.in repetit.auth.quod locum.C.de collatio.

c ALEX.¶Quero pone Adde Bar.in l.ſi ita ſcriptũ.de manu.teſ.

d ALEX. ¶Quero.Per Bald.in l.fi.in vlti. col.C.de indi.vidui.
⁊ in l.voluntatis,C.de fideic.⁊ in l.ſi cõtra.⁊ ibi per Jmo.ſ.de v.
⁊ pupil.⁊ conſuluit Bar.in conſi.quod incipit Nicolaus do
inſtituit.⁊ in conſi.quod incipit,quidam Bar.roſuli.

e ALEX. ¶Jn conſi.Et Ang.conſi.cvj.

* CLAV. DE SEISS. ¶Se ſubſcripſerunt. Jſtud conſiliu
refert Alex.conſi.iiij.vol.j.vbi idem conſuluit,⁊ conſi.xliij.vol.
de etiam Ro.conſi.cccccxvj.in j.dub. vbi etiam ponit quando
ſunt exheredati,⁊ extraneus inſtitutus.

f AND. BARB. ¶Quero,quid ſi ſunt.Jo.de imo.hic dicit q
non,quia ſumus in materia exorbitanti.vide Petr.conſi.cc
vbi concludit idem in aſcendentibus, ⁊ materiam totam vide
Jo.An.in additio.Spe.in ti.de pig.§.porro,ver.vſufructuar
⁊ vide Petrum ⁊ alios in c.fin.de pignorib.Bal.in l.ſi pater.C.
vſufru. legat.

g ALEX. ¶Cogita.Uide Bal.in auth.hoc locum.C.ſi ſecun.
⁊ Ang.in conſi.cvj.Jtem idem in matre,quid in vxore:Ang.
filio ccxlj.tenet quod aſcendentibus,vel fratribus inſtitutis
habeat plenum vſum fructum.Jdem An.in conſi.cccxj.Add
Petrus de Anc.conſilio ccxxxix.tenet quod matre inſtituta
tum debet habere,quantum habet cum ſunt filij inſtituti.

LEX XXXVI.

1 ☞Sententia iudicis pronunciantis rem eſſe tuam an va

LEgatis. Ea videntur ad alicuius vſum
ta, que ad eius tantum , non q
communem vſum cum alio ſunt parata. h.d. De
in l.hoc legatum.ĩ.tit.j.l.Quintus.de au.⁊ ar.le.
1 iſtam†reprobat gl.que eſt ſ.de proc.l.Pomponius.§.ſed ⁊ ſi.
dicit ꝙ ſi iudex pronunciauit rem meam eſſe,non valet ſenten
q̃ incerta,niſi exprimat totam,cum poſſit eſſe pro parte mea.S
hoc non eſt veruꝫ,quia cum dicitur mea,intelligitur mea in to
vt hic,⁊ d.l.hoc legatum.ĩ.ti.j.ita dicit Dy. Jdem dicitur in gl.
in rem,in prin.ſ.de rei vend.⁊ illa eſt bona.⁊ Pe.idem tenet in l.
quis cum totum,de exceptio.rei iud.⁊ ibi dixi.Pro quo videť te
in l.de pupillo.§.qui nunciat.de no.ope.nun.

LEX XXXVII.

1 ☞Donationum ſpecies quinque.
2 Legatum inquantũ eſt donatio, in quo differat ab alia donatio.
3 Legatum ſolutum per teſtatorem in vita tranſit in ſpeciem dona
tionis,⁊ non deducitur Falcidia.
Donatio quando incipit a traditione,donans tenetur de dolo.
4 Legato ſoluto in vita teſtatoris legatarius poſſidet pro ſuo
pro legato.

LEgatum. Aliam diffinitionem habuiſtis
l.legatum.ſ.ti.j. Op. quod leg
non ſit donatio,quia diuerſus eſt titulus de dona
a ti.de legat.ergo non eſt idẽ.l.ſi idem. C.de cod.
1 glo.†triplex eſt donatio. Prima, iſta que dicitur legatum,
Jtem donatio inter viuos.Jtẽ donatio cauſa mortis.Et eſt
ta donatio,que dicitur remuneratio.l.Aquilius.de dona.
ro non remunerandi.ſ.man.Jtem eſt alia donatio,non ſim
ob cauſam,vt donatio propter nuptias,que hodie vocatur
ſatitia largitas.de quo in ti.de do.propter nu.⁊ in corpo
2 largi. ¶†Quero, in quo differt iſta donatio,que eſt lega
a alia:Reſp.quia[a]in iſta donatione non contrahitur obliga
qua inter donantem ⁊ legatarium, niſi incipiat a tradit
eo.l.Lucius.⁊ l.j.C.de iu.do.Nota iſtud quod dicit gl.niſi
a traditione,quod non videtur verum,quia non obligat,
ſoluit ſpeciem obligationis future.Uel dic,dicit Dy.ſuſtin
3 †quando quis ſoluit legatum in vita,tunc talis ſolutio tra
ſpeciem donationis inter viuos,⁊ eſt tunc effectus, quia te
non poterit amplius reuocare,⁊ in hoc dicitur obligatus.
b q̃ ex hoc non deducetur Falcidia,[b]l.vbi.de do.cau.mor.
tenebitur de dolo,ſi intercеſſerit.l.Ariſto.ĩ.de dona. ⁊ hoc
videtur ſentire iſta gl.cum alleg.l.Lucius ſ.eo.que loquitur
gato ſoluto in vita,poſtea coniungit l.j.C. de iur.do.que dicit
qñ donatio incipit a traditione,tenetur de dolo.⁊ h.d.Dy.
puto verum,ſi aliquis ſoluit id quod legauerit ſimpliciter,no
primendo ſe ſoluere ex cauſa legati:ſed ſi expreſſiſſet, tunc
tendo non obligaretur quin poſſet reuocare.l.cum quis,
nec etiam tradendo,quia non tranſit in ſpeciem donationis
viuos,ſed remanet legatum.l.iij.ĩ.de lib.leg.⁊ ibi tex.
4 uocare. ¶Quero,†vtrum interim dominium ſit ipſius
⁊ quo titulo:Reſpondeo,quod ſic,titulo pro ſuo,
ne.ĩ.de ſol.⁊ l.dotis.§.fi.ſ.de iure dot.

ADDITIONES.

a ALEX ¶Reſp.quia.Jtem differt legatum a donatione
vltimis voluntatibus ſit plenior interpretatio,in donatione
niſſima.ca.cum dilecti.⁊ ibi doc.⁊ maxime Abb.de dona.

ALEX.

LEX. ¶ Nō deducetur Falcidia. Et addit Bal. in l. ij. C. de iu. ⁊ in l. j. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. in ver. extraneo. ⁊ in contrarium facit quod no. Bal. in l. filia. in prin. C. de leg.

LEX XXXVIII.

**Qui teſtamento.** Utile per inutile non vitiatur. h. d. De hac materia dic vt ſ. ti. j. l. ſeruum filij. §. ſi idem ſeruus.

LEX XXXIX.

**Quod ſeruus.** An autem heres debet reſtituere legatario, vidiſtis in l. ſi tibi. §. cum ſeruus. ſ. tit. j.

LEX XL.

**In aree.** Quod edificatur in area legata, cedit legato, hoc dicit. Uide ſ. tit. j. l. ſi ita legatum. §. fina.

LEX XLI.

**Si duobus.** Si relinquitur duobus ſeruis, ita habet locum ius accreſcendi, ſicut ſi duobus liberis. h. d. Op. de l. ⁊ Proculo. ſ. e. Solut. ibi legauit vni ſeruo duorum dominorum, ⁊ ſic nulla eſt coniunctio hominis, hic legauit duobus ſeruis vnius, vel diuerſorum.

LEX XLII.

☞ Copulatiua poſita inter duas orationes, non inducit coniunctionem verbalem.

Coniuncti verbis dicuntur, poſiti in vna oratione: poſiti autez in diuerſis orationibus, etiam ſine copula, non.

Coniunctus re, ⁊ coniunctus verbis, pariter admittuntur.

**Meuio fundi partem.** Portio deficiēs accreſcit coniuncto verbis tm̄, ⁊ coniūcto re tm̄ pro rata. h. d. ſm verā lecturā. ⁊ hec eſt prima, que ponitur in gl. j. ſed gl. hic clare nō dicit, ideo ſupple eā, ibi, re disiuncti, dic duo prima. Meuius ⁊ Seius, ſed Titius erat tm̄ re cōiunctus. ¶ Op. inter eos inter quos nulla eſt coniunctio, nō eſt locus iuri accreſcendi. l. ⁊ Proculo. ſ. eod. ⁊ l. j. de vſuf. accre. ſed hic non erant coniuncti. qꝛ lex dicit ſeparatim, ⁊c. Reſpon. ſeparatim quo ad rē, ſed coniuncti erant quo ad verba in primis duobus, vt dixi. nam Titius erat re coniūctus, cū totus fundus ei fuerit aſſignatus. Sed dico, quod etiam Titius ſit coniunctus re, ⁊ verbis, qꝛ tota res fuit ſibi aſſignata verbis propter copulatiuam, ⁊, que cadit inter eos, ſecundum poſitionez gl. Huius timore Dy. dicit, † quod dictio ⁊, poſita in gl. non fuit coniunctio teſtantis, ſed gl. quod apparet, qꝛ tex. non ponit. Ego dico, quod copula que cadit inter diuerſas orationes, nunquam inducit coniunctionem verbalem. l. ſicut in annos. §. j. quib. mo. vſufr. amit. ⁊ C. de ca. tol. l. vnica. §. his ita. in fi. vbi dicitur, quod vnitas ſermonis inducit coniunctionem verbalem. Aut ergo plures ponuntur in vna oratione, ⁊ ſunt verbis cōiuncti, quia eſt vnus ſermo: aut in diuerſis orationibus, ⁊ nō ſunt coniuncti verbis, quia ſunt diuerſi ſermones, ⁊ hoc optime ꝓbat iſte tex. ⁊ ideo vt gl. procedat, oportet ſubaudiri vnum verbum. ibi dum dicit, ⁊ Titio eundem funduz, ſcilicet lego, vt tex. ponit, ⁊ iſta eſt vera. Alij legunt ſecundo modo, vt in gl. ibi, alij dicunt, ⁊c. iſta non eſt vera. quia ſi poneres primis duobus relictam eſſe eandem dimidiam. eſſent coniuncti re, ⁊ verbis: re, quia aſſignatur eadem dimidia: verbis, qꝛ in eadem oratione ponuntur, ergo preferūtur tertio. qꝛ coniunctus eſt re tantum. Preterea nō poteſt dici, quod tertius ſit coniunctus verbis, cū in diuerſa oratiōe ſit poſitus, vt tex. dicit. Alia lec. eſt quod omnes ſunt coniuncti re tantum, vt in gl. ibi, tu dic, ⁊c. ſecundum hoc oportet exponere, dimidiā, ſcilicet eandē. ¶ Sed contra hoc, videtur hic tex. qui dicit, partes, in plurali: ſed tenēdo hoc, gl. in ver. ⁊ partes exponit partes, id eſt pars tenēdo primam lec. quam tenui, tex. procedit clare. Sed iſta tertia non placet, qꝛ poneremus primos duos cōiunctos re, ⁊ de neceſſitate habemus eos ponere coniunctos verbis, cum ſint poſiti in eadem oratione: tene ergo primam. ¶ Quero ergo, cum cuilibet accreſcat, pro qua parte accreſcat? Glo. dicit ſecundum duas vltimas lec. Titio accreſcit pro duabus partibus, alij in tertiā. Sed tenēdo primā quā tenui, cuilibet accreſcit in virilē, arg. l. cū queſtio. C. eo. Dyn. dicit, imo etiam ſcd̄m primam, accreſcit Titio in duas partes, cum primi duo verbis coniuncti, habeantur loco vnius, ⁊ ſic admittantur ſolum ad vnam dimidiam totius. l. ſi quis Titio. ſ. de vſufr. accr. ⁊ ſ. ti. j. l. plane. ij. reſp. Et l. cum queſtio, nihil facit, quia ibi in prima parte loquitur quando primo legat totum, ſecūdo dimidiam: in ſecunda loquitur quando ſepius vni, alteri legat ſemel eandem rem, ⁊ ſic aperte patet, quod ad caſum noſtrum nō pertinet: ita dicit Dyn. quod eſt verum, vt patet ex text. ibi pro portione legati accreſcat. Habes † ergo notare ex iſta lege, quod poſiti in vna oratione ſunt coniuncti verbis, ſed poſiti in diuerſis orationibus non ſunt coniuncti verbis, ſiue ibi ponatur co
3 pula, ſiue nō. Secundo no. † quod coniunctus re, ⁊ cōiunctus verbis pariter vocantur.

1 ☞ Maritus, vel alius, ſi legat dotem mulieri, quando de tali legato deducantur impenſe.

2 Uerbum perueniſſe prolatum in contractibus, vel in vltimis voluntatibus, intelligitur, ſcilicet, cum effectu.

3 Fructus non continētur in iſtis verbis, quicquid ad te peruenit.

1 **§. A me herede.** Si maritus, † vel alius, legat mulieri dotem, aut dicit, quicquid in dotem dedero, non deducuntur impenſe: aut dicit dotem ſimpliciter, ⁊ impēſe deducuntur. h. d. ¶ Op. de l. dote. j. de dot. prele. Gl. dicit, ꝙ illa per iſtam diſtinguitur, ⁊ ſic iſte. §. gloſſat totū titulum de dote preleg. Et aduerte ꝙ gl. non curat, an fuit vir, vel extraneus qui legauit: ſed curat de modo legandi, qꝛ aut dixit, quicquid peruenit, aut lego dotem: ita tenet. Dy. pro hoc facit ſ. de iureiur. l. eū qui. §. ſi mulier. gl. C. de fal. cauſa adiec. le. in l. iij. diſtinguit vtrum
a leget extraneus,[a] an vir, quod tex. hic prima facie innuit communiter tenetur gl. hic poſita, ⁊ ſecundum eam ſummaui. Jac. Butr. aliter dicit ī d. l. iij. C. de fal. cau. adiec. legat. ſ. ꝙ aut qs legat p verbū p̄teriti tēporis ſcilicet quicquid ꝑuenit, ⁊ tūc impenſe non deducuntur. Aut per verbum preſentis temporis, ⁊ tunc ſecus. hoc ipſe probat per gl. hic poſitam ſuper verbo, quicquid, ⁊ ita puto
2 dicendum: vide eum in d. l. iij. Sed contra hoc oppon. † ꝙ verbum, perueniſſe, ſiue proferatur in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, intelligitur, ſcilicet cum effectu. l. ij. §. perueniſſe. ſ. de her. vel act. ven. ⁊ l. qui concubinam. §. cum ita. j. ti. j. ⁊ j. ad Treb. l. cogi. §. j. ergo hic debet intelligi quicquid peruenit, ſcilicet cum effectu, deductis impenſis. oportet ergo dicere, quod iſte §. continet quandam ſpecialitatem fauore dotis, ⁊ ideo cum contra ius commune loquatur, ⁊ contra propriam verborum ſignificationem, nō debet extendi vltra caſum ſuum. l. ius ſingulare. ⁊ l. quod vero. ſ. de legi. non ergo habebit hic locum, niſi extraneo ſic legante:
3 hoc tamen ſub dubio dimitto. ¶ Quero † an in iſtis verbis, quicquid ad te peruenit, contineātur fructus? Puto quod non vt l. heredes mei. in prin. j. ad Treb. facit j. eo. l. Licinius.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Leget extraneus. Bene faciūt que no. p gl. ⁊ ibi Bar. in l. ſi prior. ſoluto matrimonio. ⁊ in l. cum quis circa prin. cum ibi no. per gl. ⁊ Bar. de dote preleg.

LEX XLIII.

**Tamei.** Qui partem tantum capit propter ſe poteſt ſolidum capere propter alium, h. d. de hoc habetur j. ad Trebel. l. cogi. §. hi qui ſolidum. ⁊ l. eam quam. C. de fideicom.

LEX XLIIII.

1 ☞ Oratio vniuerſalis que dicatur, que particularis, ⁊ que ſingularis, ⁊ que indefinita.

**Si ita relictum.** Hec lex habet diuerſas lecturas, ſecundum veram, hoc dicit. indefinita equipollet vniuerſali: ſecus in oratione particulari, que ſi eſt dubia interpretatur in minorem par-
1 tem, hoc dicit. Ad euidentiam premitte, quod † oratio vniuerſalis dicitur illa cui preponitur ſignum vniuerſale, vt omnis, vel nullus, ⁊ ſimil. Oratio particularis eſt, cui preponitur ſignum particulare, vt quidā, aliquis, vel vnus, ⁊ ſimil. Oratio indefinita eſt, quando ponitur terminus communis ſine aliquo ſigno, vt homo, ⁊ heres, filius, ⁊ ſimiles. Oratio ſingularis eſt, quādo ponitur in oratione nomē propriū, nō terminus cōmunis, vt Titius, Seius. His premiſſis, hic ſecundū veram lec. debet eſſe litera, quantū heres, ⁊ ſic indefinita ſine aliquo ſigno. Quidam habent in litera in princ. quantuz Quintus, ⁊ ſic iſta verba, quantū Quintus heres meus habet, important quantū omnes heredes mei habent. ⁊ eſt ratio ſecundum quod dicūt, qꝛ quilibet poteſt dici quintus. Iſta nō eſt bona lec. quia quintus, non poteſt dici, niſi ille qui quinto loco nominatus eſt, incipiendo a primo. l. quoties. ſ. de vſufr. ⁊ l. cuz vero. §. generaliter. ⁊ §. qs ergo. de fideic. li. Et ſi diceres. qlibet poteſt dici quintus, ſecundū ꝙ numerare incipiet: ⁊ ego dico, quilibet poteſt dici vnus ſecundū qd eū deſignauit. eadē ratiōe hec dictio quintus, nō eſt ſignificatiua, niſi vnius de pluribus: vñ iſta litera non placet. Alij habent, quantum quis, ⁊ tunc eſt ſenſus, ꝙ ſi aliquis reliquit quantum quis heres meus habet, hoc intelligitur quantum omnes heredes mei habent, ⁊ ſi opponis qd dictio, qs, eſt ſignum particulare. Reſp. verum eſt, ſed eſt particulare indefinitū, qd poteſt cuilibet congruere, ergo ad omnes refertur ita dicit gl. ſed non placet, quia etiam vnus, eſt ſignum particulare, indefinitum. poteſt enim referri ad quemlibet, quem deſignas. Preterea, iſtud pronomen, quis vel qui poſitū in ſingulari, nō debet referri niſi ad vnum tantum. l. ſi ita fuerit. j. de reb. dubi. Uera ergo

litera eſt quantum heres, ꝛ ſic ſine aliquo ſigno. De hac materia dicam. ȷ. l. proxima.

a **§. Pegaſus.** [a] Relictum in diem debetur ſine fructi-
b⁹ medij tẽporis, ſi gratia heredis dies
b fuit appoſitus, ſecus ſi gratia legatarij. [b] h. d. Op. de l. in fideicom-
miſſariam. ȷ. ad Treb. Sol. illa debet intelligi ſecundum diſtinctio
nez huius, l. ꝛ quod no. ſ. de vſufr. l. in fideicõmiſſi. §. cũ Pollidius.
ꝛ de an. le. l. eum qui. alias inci. Jobaſenus.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Pegaſus. Et per iſtum tex. conſuluit Bar. ꝛ Fran. de
Alb. quod ſi relinquam eccleſie conſecrande, quod relicta debeãt
tradi etiam cum fructibus medij temporis, in hoc enim relicto nõ
apponitur dies fauore heredis, quia ſi monaſterium fuiſſet con-
ſtructum tempore teſtamenti, reliquiſſet de preſenti. ꝛ pro hoc eſt
tex. in c. nos quidem, ibi, ſine diminutione, de teſta. vbi ita refert ꝛ
ponderat Abb. Sicul.
b ALEX. ¶ Gratia legatarij. Quid in dubio? Dic gratia debito
ris, vt in l. qui Rome. §. Flauius. in fi. gl. magne. de verb. obli.
1 **§. Si ita.** † In alternatiua ſummarum, vel temporum, in
ſpicitur illud quod minus eſt in obligatione, h.
d. In tex. ibi, eſt poteſtas, id eſt, ſi dicerem⁹ ẽt decẽ, aut quindecim
fore legata, heredis eſſet electio, vt poſſet eligere minimũ, tamẽ in
veritate decem ſolum ſunt legata, vt ſ. dixi, licet gl. aliter dicat. Fa
cit ad iſtam legẽ. l. ſi ita ſtipulatus fuero decem, aut quinque. ꝛ l. in
a ter ſtipulantem. §. ij. de ver. obl. ¶ Opp. in alternatiua [a] vtrunque
eſt in obligatione. l. illud, aut illud, de conſt. pe. ꝛ l. ſi duo rei. de ver.
ob. Sol. gl. dicit, fateor quod hic nedum eſt vtrunqꝫ in obligatio-
ne, ſed etiam heres poteſt eligere ſolum minus, ꝛ qꝛ preſumptio eſt
quod minus eliget, ideo dicitur legata minor quantitas. Alibi di-
cit gl. ꝛ melius dicit, quod ſolum minor quantitas eſt in obligatio
ne. l. inter ſtipulantem. §. ij. de ver. ob. ꝛ ita probatur hic in tex. ꝛ in
legibus. ſ. alle. Ad contrarium reſp. in alternatiuis vtrũque eſt in
obligatione, verum eſt quando ponitur, inter res inter quas cadit
affectio: ſed quãdo ponitur inter ſummas, non cadit affectio, ideo
minus tantum eſt in obligatione, adeo quod ſi heres vellet ſolue
re xv. illa x. nõ ſolueret ex cauſa legati. ſed ex cauſa donationis. Et
hoc tenent doc. in l. cum quidam. C. de ver. ſig. ideo ego dico, quod
ſi in quantitatibus, caderet affectio, propter adiectionem perſone
cui debet ſolui, vel loci vbi debet ſolui, ꝙ tunc etiam in quantitati
bus vtrũque eſt in obligatione. vt ȷ. de ſol. l. qui res. §. mihi Rome.
ꝛ de noua. l. ſi is. ꝛ in qualibet earum dixi. ¶ Opp. de l. plane. §. pe.
ſ. ti. j. Sol. ibi dabatur electio creditori, ideo vtrunque eſt in obli-
gatione, quia forte eliget minus, nec eſt preſumptio ſemper, quod
quis eligat plus, vt tota die videtis. Sed quando datur electio
debitori, lex habet pro certo ꝙ ſoluetur minus: hoc tenent doc. in
d. l. cum quidam. Op. ꝙ electio debet eſſe legatarij, l. Lucio. ſ. eod.
Sol. hic verba enunciatiua fuerunt directa ad heredem, ibi ad le
gatarium, vel erat dubium.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Op. in alternatiua. Adde Bar. in d. l. ſi duo. de ver. ob.
ꝛ Bar. in l. cum quidam in fi. C. de verb. ſigni.

LEX XLV.

1 ☞ Indefinita quod equipollet vniuerſali diſtributiue, ꝛ non col
lectiue ꝛ vide numero. 4. ꝛ nume. 7.
2 Libellus contra plures inſolidum formatus tenet, dummodo ap
ponatur, quod vnica ſolutio ſufficiat.
3 Differentia inter omnis, ꝛ quilibet: nam omnis eſt collectiuum, ꝛ
quilibet diſtributiuum.
5 Oratio indefinita que ſit.
6 Indefinita omnis quando equipolleat vniuerſali.
8 Conceſſio fundo duobus fratribus in feudum, vt preſtent quarte
rium bouis, ꝛ quatuor operas, quomodo intelligatur.
a **Si pluribus.** [a] Indefinita equipollet vniuer-
1 ſali hoc dicit † not. ꝙ indefinita
equipolet vniuerſali, ſcilicet vniuerſali diſtributiue, non v-
niuerſali collectiue: non enim quilibet heres tenetur ſed om-
nes tenentur, vt hic. ¶ Primo quero, quid ſi teſtator dixiſſet, qui
libet heres meus det quinque? dixit gloſſ. quod quilibet tenetur
ad quinque inſolidum, argu. C. ſi plures vna ſenten. l. j. vbi idem di
citur in ſententia. Dyn. dicit hic, quod de ſententia dicitur eſſe ve-
rum, ſi taliter eſſet formata petitio, ꝙ quilibet fuit inſolidum con-
demnatus: alias ſi ſimpliciter, quilibet tenetur pro virili, d. l. j. C. ſi
plures vna ſenten. ꝛ l. Paulus. de re iud. quod eſt verum ſi taliter
formata eſſet petitio, cum ſententia debeat petitioni conformari. l.
2 vt fundus. ſ. communi diui. Ita dicit Dyn. Dicit ergo ipſe, quod
libellus poteſt formari contra plures, petendo quemlibet cõdem
nari inſolidum, quod eſt verum ſi in libello inſeratur, peto condẽ-
nari inſolidum, ita quod vna ſolutio ſufficiat, vt no. gl. in l. ſi mãda
to Titij. §. Paulus reſpondit vnum quenque. ſ. mand. ꝛ in auth.

hoc ita. C. de duo. re. ꝛ vide l. creditor. §. duobus. ſ. man. ꝛ in co[...]
re vnde ſumitur d. auth. facit l. in executione. §. inſolidum. ȷ. de [...]
obli. ſed ſi illa verba nõ ponerent, ſcilicet ita ꝙ vna ſo. ſufficia[...]
libell⁹ debet rejci. l. j. C. de fideiuſ. tu. dixi ĩ l. ij. C. de duo. re. ¶ [...]
3 ro † ij. que differentia eſt inter omnis, ꝛ quilibet. Gl. dicit ꝙ om[...]
eſt collectiuum, ꝛ tribuit rem omnibus ſimul: quilibet, eſt diſtri[...]
tiuum, ꝛ atribuit rem cuilibet inſolidum quod no. probatur in [...]
diſtinguemus. §. cum in plures. ſ. de arb. ꝛ de. natura iſtorum [...]
butiuorum dixi in l. hoc articulo. de he. inſt. ¶ Quero vtrum [...]
b ſit verum, ꝙ indefinita equipollet vniuerſali? [b] Dyn. hoc pon[...]
reg. iu. lib. vj. in rubrica. Pe. de hoc facit magnam diſtinction[...]
4 multa poſuit, ꝛ quedam non bene. Et ideo † pro eorum declar[...]
ne, primo quero, vtrum indefinita, equipollet vniuerſali ſecu[...]
propriam ſignificationem, an ſecundum interpretationem [...]
Pet. ſecundum interpretationem. Nam proprie loquendo, [...]
eſt dicere, omnis homo currit, quia falſificatur vno non [...]
rente: aliud eſt dicere homo currit, vt probatur de reb. dub. [...]
qui ducenta. §. vtrum. ꝛ bene dicit. caſus eſt ſ. de ſerui. vrba. p[...]
rum. l. ſi ſeruitus. ibi, ꝛ humanius. ꝛc. vbi declaratur, ꝙ indefi[...]
equipollet vniuerſali ex humanitate ꝛ interpretatione, non ex [...]
5 pria ſignificatione vocabuli. ¶ † Quero que dicitur oratio [...]
finita. Uide gl. ſed tu dic vt dixi, ſ. l. prox. no. in l. j. in gl. ma. de [...]
ꝛ ibi dixi. Tertio premitto, quod cum queritur an indefinita [...]
polleat vniuerſali, debet intelligi de indefinita prolata ab ho[...]
ne. Nam prolata a lege ſine dubio equipollet vniuerſali, qu[...]
oratio ſingularis, ꝛ lex ſcripta ad ſingularem, perſonam vniu[...]
liter intelligit, vt in j. conſti. Codic. in fi. ꝛ l. iura, non in ſingula[...]
de legib. ꝛ intelligitur vniuerſaliter hoc modo, vt omnis ille [...]
ius perſona emergit illud, ſuper quo lex diſponit lege compre[...]
datur. Unde omnes leges que dicunt de venditore, habent lo[...]
in omni homine, qui eſt venditor: ꝛ que dicunt de homicida, [...]
* bent locum in omni homine, qui eſt homicida, ꝛ ſic de ſimilibus
6 Reſtat † ergo dubium, quando profertur ab homine, quo caſu [...]
aut profertur in materia que ineſt neceſſario, ꝛ equipollet vniuer[...]
ſali, vt cum dico, homo eſt animal, equipollet vniuerſali. omnis ho[...]
mo, ꝛc. vel cum dico, obligatio eſt iuris vinculum [...]
equipollet vniuerſali, omnis obligatio. ꝛc. vel om[...]
cuilibet de neceſſitate congruit diffinitio. Aut profertur in mate[...]
ria contingente. ꝛ tunc aut profertur negatiue, ꝛ tunc equipollet
vniuerſali. l. ſi is, qui ducenta. §. vtrum in fi. de reb. dub. [...]
id eſt, nihil eorũ feci. ꝛ de ver. ob. l. ij. in fi. ꝛ l. in illa ſtipulatione [...]
ſi promito per heredẽ meum non fieri, intelligitur, id eſt per nul[...]
lum fieri, licet ſcdm propriam ꝛ logicalem ſignificationem [...]
ſet. Si vero ponitur affirmatiue, tunc aut huic termino com[...]
indefinite prolato, adijcit aliquid quod ei poteſt cõtingenter [...]
ſe ex aliquo euentu, preter voluntatem diſponẽtis: ꝛ tunc e[...]
let vniuerſali, vel non equipollet, ſecundũ quod caſus con[...]
tia dederit. Uerbi gratia, ſi dico, homo currit, ex volũtate [...]
dependet, an omnis homo currat, vel non. Si ergo cõting[...]
omnis homo currat, iſta indefinita equipollet vniuerſali, q[...]
catur de omnibus. Si contingat, ꝙ quidã homo currit, ꝛ [...]
homo non currit, tũc nõ equipollet, qꝛ nõ predicat de om[...]
Do exẽpla legalia. ſi dico, ſerui mei textores, ſequitur ne o[...]
mnes ſerui mei ſint textores? Certe non, ſed ſi contingit [...]
nes ſint textores, iſta equipollet vniuerſali, alias nõ. l. [...]
nis. ȷ. ti. j. Si vero contingentia dependẽt ex voluntate [...]
tis, vt heres meus damnas eſto dare, ſi volo quod intelli[...]
de omnibus, intelligitur de omnibus, alias nõ. Uel lego la[...]
volo intelligere qꝺ ſit legata omnis lana, legata erit alias [...]
* dubio qualiter intelligatur, * dicit Dy. ꝛ bene, aut eſt ead[...]
omnium contentorum ſub indefinita, aut non, vt ipſe dicit [...]
iu. lib. vj. ſuper ru. Pe. dicit latius, aut profertur iſta indefi[...]
ca res, aut circa perſonas. Si circa res, aut per verba plura[...]
per verba ſingularia. Si ſingularia, ꝑnõ equipollet vniuerſa[...]
lego fundum Cornelianum, nõ videor legare omnem fund[...]
nelianũ. l. apud Jul. §. Seio. ſ. ti. j. Sed certe iſta nõ eſt inde[...]
ſed ſingularis, qꝛ res fuit nominata nomine proprio. ideo [...]
ni non debuit. Aut per verba pluralia, vt bona mea, ꝛ tunc [...]
eadem ratio omniũ contentorum ſub indefinita, ꝛ equipollet [...]
uerſali. Aut non, ꝛ tunc ſecus. l. obligatione generali. de pig[...]
C. que res pig. ob poſ. Iſta diſtinctio inter verba plura[...]
laria non placet, quia ſi lego veſtem, lanam, vel arg[...]
lia, adhuc indefinita equipollet vniuerſali. l. ſi cui la[...]
iij. ꝛ l. ij. ſupra de liberis ꝛ poſthumis. Ideo alite[...]
Quandoque oratio indefinita, que ponitur, eſt ita [...]
tiatur diſpoſitio, vt no. in l. legato generaliter. ſ. titu[...]
preſenti inueſtigatione non cadit. Quandoqꝫ diſpo[...]
valida, ꝛ tunc diſtingue quando cadit inter res, vt dicit [...]
iur. li. vj. ſuper rub. Si vero cadit inter perſonas, ꝛ tũc [...]
odioſo, ꝛ non equipollet vniuerſali, vt ſ. de lib. ꝛ poſthu. [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[p]oſ.mit.l.j.§.quare.⁊ ſi ita. Aut in caſu fauorabili, ⁊ equipollet [vni]uerſali, vt s̃.de teſta.tut.l.ſi quis ita.§.j.⁊ l.qui filiab⁹.in prin.s̃. hic enĩ eſt fauor heredis* qđ omnes ſimul teneantur, qꝛ tene[t]ur in minus. ¶ Sed ſi queris quando† indefinita equipollet [vni]uerſali, an equipollet vniuerſali collectiue, an vniuerſali diſtri[buti]ue: dic aut id, qđ importatur per orationẽ indefinitã, attribui cuilibet inſolidum, ⁊ equipollet orationi vniuerſali diſtributi[ue,] ar.s̃.ti.j.l.qui filiab⁹.§.j. aut cuilibet pro parte, vt in dictiõe he[redes,] ⁊ tũc equipollet vniuerſali collectiue, vt hic: qđ eſt verũ, ſi on⁹ [obie]ctũ põt inter eos diuidi: ſecus ſi adijceretur res indiuiſibilis. [l.] in fi.de ver.obli.⁊ l.eadem §.Cato.eod.tit. ¶ Dy.inducit,ᶜ hoc [..].cum gl.in arg.ad queſtio.ſi concedo† duobus fratribus fun[du]m in feudum, vt preſtent quarterium bouis, ⁊ quatuor operas [ſin]gulis annis: aut dicitur vt preſtẽt omnes, aut quilibet, aut du[bium] eſt, ⁊ in dubio tenentur omnes tantum ad vnum quarteriuꝫ [⁊ q]uatuor operas, ſecundum eum, quod tene menti.

ADDITIONES.

[A]LEX. ¶ Si pluribus. An dictio quilibet importet inſolidum, vide no. Bal.in l.ea que.C.commi.vel epiſto. Quid in dictione [vt]erque, per Bal.in l.fi.§.ſinautem es.C.de bo.que lib.

[A]LEX. ¶ Indefinita equipollet vniuerſali. Utrũ indefinita equi[pe]lleat vniuerſali, gl.in d.c.j.de re.iur.ꝙ ſic. Idẽ Jo.an.in c. vt cir[ca] gl.in ver.aliter.de ele.in vj. Jo. An.concor.cum Dy.⁊ And. in [..]ij.de lib.⁊ poſth.⁊ ibi aliquid per Ang.vide aliquid de materia, [..] prox.in prin.⁊ adde Bart.in l.j.§.fi.ĩ.de ven.in poſ.mit. Adde [..] indefinita equipolleat vniuerſali. Bal.conſi.clxxx.li.j.

[L]AVD.DE SEISS. ¶ Et ſic de ſimilibus. Adde quod in ſta[tut]is dicit Bar.in l.omnes populi.s̃.de iuſti.⁊ iure.

[L]AVD. DE SEISS. ¶ Qualiter intelligatur. Unum tamẽ [..]a ꝙ nunquam in dictis teſtium habet locum iſta regula: quia [..]eat deponere ſpecifice.vide Alex.cõſi.cx.vol.j.de quo vide Fe[lin.] in c.auditis.de preſcr. Quid autem in ſupplemento conditio[nis,] vide Ro.conſi.cccccx.in iij.dub.

[L]AV. DE SEISS. ¶ Fauor heredis. Uide in materia queſ[tio]nem quam ponit Alex.conſi.clxxj.vol.ij.

[AL]EX. ¶ Dy.inducit. Jtẽ allegat Bal.c.j.§.fi.de ſucceſ. feu. vbi [o]mnino vide.

[☞] Pluribus heredibus damnatis dare a teſtatore ſimpliciter [qu]ando inſolidum, ⁊ quando pro hereditarijs portionibus te[ne]antur.

[P]luries ſi vni legatur, an ſepius legetur.

[§.] Si ita. Si vni a diuerſis heredibus quãtitas relinquatur, in dubio ab vtroque debebitur tota, h.d. [O]p.s̃.prox. So.ibi damnauit indefinite, que indefinita equipollet [v]niuerſali, hic ſingulariter. Op.† quando damnatur ſingulariter, [q]uilibet tenetur inſolidum, ſed vno ſoluente alius liberatur. l. ille [a]ut ille.ĩ.ti.j. Sed dic, aut damnatur vniuerſaliter, aut indefinite, aut ſingulariter. Primo caſu tenetur pro hereditarijs portionib⁹ l. Turpia.§.fi.s̃.ti.j.⁊ s̃.eo.l.legatorum.in prin. Secundo caſu ideꝫ vt s̃.prox.quod dic vt ibi. Tertio caſu, aut damnatur in eadem o[r]atione verborum, aut in diuerſis. ¶ Primo caſu, aut copulatiue ⁊ viriliter tenetur.l.ſi heredes nominatim.s̃.ti.j. Aut diſiunctiue, ⁊ tunc inſolidum: ſed vnus ſoluendo alios liberat.l.ille aut ille.ĩ.tit. j.⁊ s̃.tit.j.l.ſi ex toto.§.j. Sed ſi in diuerſis orationibus, tunc quilibet tenetur inſolidum, ⁊ vnius ſolutio non liberat alios, vt hic ⁊ s̃.ti.j.l.ſeruo alieno.§.ſi quis a primo.ſecundum Dy. ¶ Op.quando eidem legatur ſepius eadeꝫ quantitas, non duplicatur legatũ. l.plane.§.j.s̃.titul.j. Solu.dicit gloſſ.ibi fuit legata bis quantitas vni ab vno: hic a diuerſis. Sed ad hoc op.ĩ.eo.ti.ᵃ l.Lucius.§.impuberem. Sol.gl.predicta hic loquitur quando quantitas legat̃, [c]ontrarium quando ſpecies. Et ideo pro declaranda iſta materia Dy.diſtinguit pleniſſime ſic, quando vni legatur ſepius, aut legatur quantitas, aut ſpecies. Si quantitas, aut a pluribus heredi[b]us, aut ab vno. Si a pluribus, tunc a quolibet debet̃, vt hoc §. ⁊ [s̃.]ti.j.l.ſeruo alieno.§.ſi quis a primo.quod intellige ſecundum di[ſt]inctionem premiſſam. Si ab vno, ⁊ tũc aut in eadẽ ſcriptura, aut diuerſis. Si in eadem in dubio ſemel debetur, qꝛ non eſt veriſi[mi]le teſtatorẽ voluiſſe duplicare, niſi legatarius probet cõtrariũ, [.] s̃.ti.j.l.plane.§.j.⁊ de adi.leg.l.cum centum. Si in diuerſis ſcri[p]turis, ⁊ tunc aut eiuſdem voluntatis, vt quia vnum teſtamentũ [ſc]riptum eſt in duabus chartis, aut diuerſarum voluntatum, vt [in] teſtamento ⁊ codicillis. Primo caſu vna debetur quantitas, ⁊ [ſi] ſunt diuerſe, debetur minor, vt ĩ eo.l.Sempronius. Si diuerſa[r]um voluntatum, tunc aut ſe non compatiuntur, vt quia vna de[ro]gat alteri, tunc ſemel tantum debetur, vt hic, in fi.⁊ s̃.tit.j.l.ſi mi[h]i ⁊ tibi.§.in legatis.⁊ l.ſi ita ſit ſcriptum. Aut ſe compatiuntur, ⁊ [t]unc aut eſt relictum ſimpliciter, ⁊ debetur vtrunque. l. quinqua[gi]nta.ff.de prob. Aut ob cauſam, ⁊ tunc per ſecundum vr̃ a pri[m]o receſſum. l. libertos.ij.in prin.de ali.le. Secũdo caſu principali, quando legatur ſpecies, tunc aut legatur in eadem volũtate, aut in diuerſis. Si in eadem, aut ab vno herede, ⁊ ſemel tantum debet̃. l.plane.§.ſi eadem.s̃.ti.j. Si a pluribus, tunc aut ſimpliciter, aut a quolibet inſolidũ. Si ſimpliciter, ſemel debet̃.l.ſi tibi homo.§.j.s̃.de le.j.⁊ l.Lucius.§.impuberem.ĩ.eo. Si a quolibet inſolidum, dic idem ſeruari, ꝙ in teſtamentis diuerſorum. l. quid ergo.§. ſi quis duos.s̃.tit.j. Si vero legatur in diuerſis voluntatibus, ⁊ tunc aut eiuſdem, aut diuerſorum. Si eiuſdeꝫ tunc aut ab vno herede, aut a pluribus, ⁊ idem per omnia, quod s̃.quando legatur in eadẽ voluntate, per eaſdem leges, facit ĩ.eo.l.Meuius.§.eũ. Si vero erãt diuerſe voluntates diuerſoruꝫ, tunc aut loco vnius habebantur, vt quia legat defunctus ⁊ eius heres, ⁊ tunc idem quod ſi legetur in teſtamento vnius, l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius.s̃.tit. j. quod videtur verum ſi vtilitatem afferat, vt commodum dilationis, ſecus ſi nullum, quia tunc idem quod in teſtamentis extraneorum, l.Meuius.in prin.ĩ.eo.quod dic vt ibi. Si verò diuerſorum prorſus, tunc aut primo conſequitur rem ex teſtamento vnius ⁊ tollitur petitio ex teſtamento alterius, ſed ſi prius conſequitur eſtimationem ex teſtamento vnius, poteſt conſequi rem ex teſtamẽto alterius, vt Juſti.de legat.§.ſi res.⁊ s̃.tit.j.l.plane.cum ibi nota. Jta debet intelligi.d.l.plane.§.ſed ſi duorum.⁊ l.ſi ſeruus legatus.§.j.⁊ ĩ.eo.l.Meuius.§.duobus. Sed hunc paſſum in d.§.duobus, plenius examinabo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Op.ĩ.eo.ti. Huic diſtinctioni adde no.per Bar.in l.cũ centum.de adimen.lega.⁊ in d.l.Meuius.§.eum qui.ĩ.eo.⁊ in d.l.ſi tibi homo.§.j.s̃.ti.j.⁊ Spe.in tit.de teſta.§.j.ver.item pone, A inſtituit filium.

LEX XLVI.

**Si ita ſit ſcriptum.** Maſculinum concipit femininum, non econtra.h.d. Opp.de l.j.§.ſed ⁊ ſi incertum.de vent.in poſ.mit. Sol.ibi tractatur de odio, ideo maſculinum non concipit femininum. Op.de l.ſicut.in prin.⁊ §.fi.ĩ.de ope.lib. So.ibi apparet ratio diuerſitatis. Jſtam materiam Cy.ponit in l.quicunque.C.de ſer.fugit. Ego dicam in l.j.ĩ.de ver.ſig.

1 ☞ Legatum non repudiatur ante euentum diei vel cõditionis.
2 Repudiari non poteſt illud pro quo poſſumus actionem habere
que tamen poteſt eſſe inefficax ope exceptionis.

1 **§. Si ſub conditione.** † Ante euentum diei vel conditionis, lega
tum non poteſt repudiari.h.d. Ro.de eo quod dicit de legato in
diem certum, ꝙ ante diẽ ad nos pertinet. Ad quod op.de l.ſi dies
quando dies le.ced.⁊ l.j.§.cum igitur.⁊ §. ſinautem.de cad.tollen.
Solu.ante diem certum cedit dies legati quo ad tranſmiſſionem.
Jtem quo ad actionem perſõalem, licet obſtet exceptio, l.j.ĩ.quan
do di.lega.ce.⁊ l.nemo poteſt.s̃.ti.j.non autem quantum ad domi
nium, quia non tranſit niſi aduenìente die. Gl.allegat.ĩ.eo.l.ante
pe.§.fi. Tex.eſt.ĩ.de vſufr.lega.l.Sempronius Attalus. vnde an
te diem, ad nos vere non pertinet, merito repudiare non poſſu
2 mus. ¶ Ro.† ergo quod illud, pro quo poſſumus habere actionẽ
que tamen poteſt eſſe inefficax ope exceptionis, non poteſt repu
diari: ſicut illud pro quo ſolam ſpem habemus de futuro. Alij ti
mentes hoc contrarium dicunt, quod hic fuit certa dies quo ad
nominationem, non quo ad euentum, vt dies mortis. ita dicebat
a Roſ.ſed contra mentem huius litere eſt, tene ergo iſtam. Op.C.
de pac.l.j. Sol.aliud in repudiatione, vt hic, aliud in pacto, vt ibi,
De hoc s̃.de acq.he.l.is qui.⁊ l.is poteſt.⁊ l.qui ſuperſtitis.⁊ ĩ.de
cura.bo.dan.l.j.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Op.C. Uide no.per Bal.in d.l.j.C.de pac.
1 ☞ Aduerbium vbi, inducit conditionem.

**§. Si pater.** Conditio nuptiarum intelligitur de futuris nuptijs, niſi teſtator ignorauerit p̃
1 ſentes.h.d. Ro.† quod per aduerbium vbi, inducitur conditio. di
xi.ĩ.de cond.⁊ demon.l.j. Opp.quod propter contractas nuptias
de facto, non impletur conditio.l.hec conditio.de condi.⁊ demon.
ſed nuptie facte a filia.patre ignorãte, ſunt nulle.l.Paulus.de ſta.
homi.ergo non eſt impleta conditio. Sol.dicit gl.intelligas, quod
hic filia erat emancipata.

LEX XLVII.

1 ☞ Debitum in diem, non dicitur debitum de preſenti.
2 Uerbum, poteſt, eſt extenſiuum.
3 Clauſula codicillaris quomodo concipiatur, vt teſtamentum va
leat pro tempore futuro.

a **Si ita ſcripſiſſet.** ᵃ Uerba p̃ſentis temporis non porrigun
tur ad debita in diẽ, vel conditionalia, niſi aliud expri
1 matur.h.d. Ro.† quod debitum in diem, nõ dicitur de

bitum de preſenti.Ratio eſt,quia iſta verba, dare facere, intelligũtur,ſcilicet cum effectu,ſed non dicitur debitor, qui non pōt erigi obſtante exceptione,l.debitor.de ver.ſig.Querit gl.quid ſi dies veniſſet tēpore mortis,qui non venit in tēpore teſtamēti,Reſp, ꝙ nō debebit.l.ſi ita.de au.⁊ ar.le.Ad hoc op.ĩ.e.l.ſi ita quis.So.
2 ibi id eſt propter † verbum,poteſt,quod eſt extenſiuum.Op.ĩ.eo.l.
3 cum filius.§.heres.Sol.vt in gl. ¶Iſtam † legem inducit Dy.ad queſt.de clauſula que apponitur in teſtamento,ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum.Nam ſi valet inſpecto preſenti tempore,licet poſtea irritetur,clauſula illa locum non habet, niſi dicatur,ſi non valet,vel valebit dixi plene in l.j.§.de iu.codic.

ADDITIO.

a ¶Si ita ſcripſiſſet.Adde ꝙ Pau.de Ca.refert Jo.an.conſuluiſſe per hunc tex.cum teſtator mandaſſet heredi vt ſolueret omnia debita fratris ſui,quod tenebatur etiam ſoluere dotem vxori fratris ſoluto matrimonio.

LEX XLVIII.

1 ☞Scripturis ſi in duabus principalibus eiuſdem teſtamenti apparent diuerſe quantitates legate,minor debetur.
2 Exemplar dicitur ſcriptura principalis,exemplum ſcriptura exēplata.
3 Protocollo notarij ſtatur potius quam inſtrumento publico inde ſumpto.
4 Scripture contrarie ſi producuntur,quando eis ſtetur.
a
1 SEmpronius.[a] Si in duab[9] ſcripturis † principalibus, eiuſdem teſtamenti apparerent diuerſe quantitates legate, minor debetur. h.
b d.Op.de[b] prob.l.quinquaginta.So.ibi erant diuerſe ſcripture diuerſarum voluntatum,hic vnius voluntatis tantũ:dicit gl.Op. cōtra hoc,ꝙ debet ſtari originali,l.ſi quis ex argentarijs.§.pe.⁊ ſi.§.de eden.Sol.hic vtraque ſcriptura erat pariter principalis,nec magis vna eſt originalis quam alia, vt in hoc text.ibi, cauſa exemplarij.vnde ex vtraque poterat ſumi exemplum. Exemplar
2 † enim dicitur ſcriptura principalis,[c] exemplum ſcriptura exem
c plata.de fi.inſtr.c.ij.⁊ C.de eden.auth.ſi quis in aliquo.⁊ l. cēſus §.
d de prob.Et ideo ſi[d] producerentur due ſcripture,† inſtrumentum
3 publicũ,⁊ protocollum notarij,ſtarem potius protocollo: qꝛ iſta potius eſt originalis ſcriptura,vt probatur in d.l.ſi quis ex argētarijs.§.pe.⁊ in auth.de tabel.per totum,⁊ ita hic ſi conſtaret vnā ſcripturam primo factam,⁊ aliam inde exemplatam,prime ſtarẽ:
4 ſed ſi non appareret,obtineret hec lex.Sed contra,† quando proferunt̃ due ſcripture contrarie,neutri ſtatur.C.de fide inſt.l. ſcripture.So.intellige ꝙ hic proferebantur a diuerſis vna ab herede, alia a legatario:ſecus ſi ab eo.vt in contrario.Op.gl.vl.de l. libertis.So.vt in l.quinquaginta.quod no.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Sempronius.Et ad hanc legem vide Ang.⁊ Imo.in l.eum qui.in prin.§.de acq.her.⁊ dicit no.Bal.in l.ſcripture. C.de fid.inſtr.quod iſta lex non haberet locum in contractibus oneroſis.⁊ quid in duobus inſtrumentis procurationis factis in perſona vnius eodẽ die, vide Bald.in l. falſus.C.de fur.⁊ ad Bar.hic que ſcriptura dicatur originalis.vide Bal.in l.ij.in ix.q.C.de teſta.⁊ in l.noſtram .eodem tit.

b ¶Op.de.Pro cōcordia aduerte ꝙ recta ⁊ integra fides non dat̃ inſtrumēto exēplato,ſm Bar.in l.j.§.ſi quis in duob[9].ff.de bo.po.ſm tab.vbi ex tali inſtrumēto quis non poſſet petere ſe miti in poſſeſſionē ſecundum tab.contrarius ibidem alle.ſecundum Alex. in hac l.Sempronius.So.dicit ipſemet Alex.aut illud exēplar fuit ſemel productum in iudicio,⁊ vera ſit ſecunda opi. ꝙ creditur exēplo,aut nunquam fuit productum in iudicio,⁊ ſic non approbatum,⁊ procedat prima opi.Et iſtam ſol. communiter approbant doc.in auth.ſi quis in aliquo,C.de eden.⁊ plures alie ſolu. poſſent dari ſecundum doc.ibidem vide per eos.

c ALEX. ¶Scriptura principalis.No.ꝙ exēplar dr ſcriptura prĩcipalis exēpli ſepius exēplati.Idē ad hoc no. adde omnino Bal. ⁊ Imo in l.cum proponebatur.ad fi.ĩ.eo.vbi etiam dicitur quid iuris quando due reperiuntur ſcripture originales ſuper eodem facto,qꝛ nulli creditur,⁊ quod no.in l.ſcripture.C.de fide inſtr. Adde etiam ꝙ ſi continet plus inſtrumentũ quam reperiatur in protocollo,non datur fides inſtrumento,vt declarat An.in c.dudum. de conuer.coniu.⁊ valet inſtrumentum,licet nullum reperiatur ꝓtocollum,ſecundum Bald.in ru.C.de fide inſtr.⁊ vide vnum quod no.in l.in fraudē.§.neque.de iur.fiſ.⁊ que dixi in d.l.ſi librari[9].Ad ꝑdicta adde no.in c.cum P.de fi.inſtr.Et ad Bart.hic, adde Lanfran.in c.quoniam contra.de proba.⁊ Maria Soc.in c.ij.arg.xiiij. ver.nona concluſio.de libelli oblatione.Adde cum reperiũtur diuerſa inſtrumenta de eadem re,cui magis ſit ſtandum,⁊ quid ſi inſtrumentum ſit diuerſum a protocollo,Bal.conſi.xliiij.Et quid ſi inſtrumenti non apparet protocollum,per eundem cōſi.cxxx.li.ij.

d ALEX. ¶Et ideo ſi.Vide Bar.in d.§.prohibet.⁊ in d.auth.ſi in aliquo.de eden,etiam vide que dixi poſt Bart.in l.j.§.ſi quis duob.ĩ.de ſecun.tab.⁊ no.in ca.quoniā.de prob.imo dixit no.B in l.ſi.C.de eden.poſt Bu.ꝙ ſi notarius perderet propter ... dia ſua protocolla,poteſt cogere illum,cui reddiderat inſtrumentum vt faciat ipſi copiam,que penes eũ ſtare debet.Et adde ꝙ ... cit ꝙ protocollum reperiatur in chartis quomodocunque ... bat tex.in auth.de tabel.⁊ protocolla dimittantur in chartis ... te potiſſime conſuetudine notarij per no.per Bal.in l.ij.C.ad ... leia.⁊ in d.rub.de fid.inſt.⁊ in c.cum dilectus de fid. inſt.bene ... tex.⁊ quod ibi no.in d.l.j.in prin.de ſecun.tab.⁊ ad Bar. hic ... Bal.in d.l.noſtram.de teſt.vide bonum dictum Bar.in prob...

LEX XLIX.

1 ☞Maritus ſi ſimpliciter legat vxori rem quam eſtimatam habuit in dote, vxor habebit rem actione ex teſtamento,⁊ actione de dote eſtimationem.

LIcinius. Alias,Lucius.Fructus ⁊ partus ... cepti conditione pendente, ad lega... rium non pertinent.h.d.Ratio huius legis patet ex ... mario.⁊ gl.ponit. ¶Quero quid ſi maritus legauit mancipia ... re:Reſp.gl.certe tunc haberet mancipia ⁊ eſtimationem.Fe...
1 tus editos poſt aditam hereditatem,quod no.multũ.† Mar... legat vxori ſimpliciter rem,quam eſtimatam accepit in dote ... xor habebit rem actione ex teſtamento,⁊ actione de dote ... eſtimationem.Contra hoc videtur caſus.ĩ.de dote prele.l.ij.§. ... dic vt ibi dixi.Op.ĩ.de pe.le.l.ſi.Gl.nō ſoluit.Dic ꝙ ibi ... vſuras voluerit augere legatum,quia filij nomine fenus ... Op.ĩ.eo.l.cum pater filie.dic vt ibi.

§.Bonorum. Curator qui bonorum poſſeſſionem pro demente accepit,⁊ agnouit ... tur ad legata cautione recepta.h.d. ¶Op.C.de cur.fur.l.ſi.§. ... Reſpond. vere interim non eſt queſita, niſi ad ſanam mentem peruenerit ⁊ comprobauerit:ſed habetur pro queſita,ideo legata ſoluuntur exacta cautione,quod intellige de ſucceſſione extranea. Nam hereditas patris,in cuius poteſtate erat, queritur vere.l.ſi. §.j.de cur.fur.ſecundum vnum ⁊ verũ intellectum.

LEX L.

MOrtuo. Quod ſupereſt mihi ex re debita, ... te moram perempta,nō debetur.h.d. ¶Op.quod ex re mea ſupereſt,meum eſt.l.ſi ... rei ven.So.intelligas ꝙ hic res legata non erat ... legatarij, qꝛ legata ſub conditione:vel quia non erat legata ... fecta.⁊ eodem modo dicit glo.in domo legata,⁊ poſtea de... Nota primo diſtinguendum,aut mihi debetur actione per... aut quia eſt mea,⁊ ſic eam petere poſſum actione reali. ¶... caſu re perempta,non debetur mihi aliquid,intellige quando ... rit illud quod principali[9] erat in re,vt ſpiritus vitalis vel ſenſitiua in boue,ſecus ſi principalis pars remaneret,vt domo deſtructa, area ſupereſt,quia illa debetur.l.ſi grege.§.tit.j.... probatur in l.peculium.ĩ.eo.Unde id quod glo.hic dicit ... deſtructa,non dicit bene, vbi vero rem poſſum petere ... meam,quod ſupereſt,meum eſt:ſiue competit actio realis ... §.j.ſiue perſonalis.l.ſi ſeruus.§.boue.de condi.fur.⁊ ... xi plene.

§.Sititio. Legatum, cuius eſtimatio debetur ... heredem tranſmititur, ſicut quali... gata debetur.h.d.

§.Labeo. Res,cuius commercium legatarius ... eius delictum non habet,non debetur ... eſtimatio:ſecus ſi legatarius habet eius cōmercium.heres ... d.Hunc §.habuiſtis examinatum in l.apud Julianum.§.ſi ... §.tit.j.⁊ in l.multum.ĩ.de ver.obli.

§.Si teſtator. Portio hereditatis deficiens ... ſcit cum onere pro rata.h.d. ¶ ... §.eo.l.Celſus.§.ſi.Sol.nominatim fuit onus vni iniunctum ...
* quod opus fieri debet a quolibet *inſolidũ.l.fideicommiſſa. ĩ.ti.j.So.vt in gl.dixi tibi ibi.

ADDITIO.

* CLAV.DE SEISS. ¶Inſolidum.Aliter intelligit ... l.ſtipulationes non diuiduntur.ĩ.de ver.obli.⁊ ibi vide ... Aqueſ.poſt Alex.

LEX LI.

VT heredibus. Heredibus ... donatar... poteſt ſubſtitui.h.d. ¶Opp, ꝙ etiam ... poteſt ſubſtitui donatario cauſa mortis, ... ſciendum.⁊ l.iij.§.ſi.Sol.Si ergo volo ſubſtituere ... tutus ſit donatarius cauſa mortis, oportet quod fiat ...

dicit tex. Sed ſi volo ſubſtituere vt ſtaret in puro nomine fidei miſſi, poſſum etiam ſine promiſſione, vt in cōtrarijs. Hoc exami[...]i ī l. j. de do. cau. mor. vbi Dy. ponit. ⁊ Cy. de. de do. cau. mor. l. j.

LEX LII.

**Titius.** Si legatur vna ex rebus alternatiue debitis, euentus ſolutionis declarabit an legatum valeat. h. d. Op. ꝙ heres[a] vtrunque debeat. l. ſi ſic. [...] cum l. ſeq. ſ. ti. j. ⁊ l. qui duos. ſ. eo. Sol. ibi erat electio teſtato[...] hic debitoris, vnde nihil poteſt imputari heredi in eligēdo: ibi [...]s. Op. ī. ti. j. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. Sol. hic ſponte ſoluit, ibi [...]utum exegit teſtator. Vel hic fuit nomen legatum, ibi ipſa res.

ADDITIO.

LEX. ¶ Op. quod heres Adde Bar. in l. apud Iulianum. §. [...]itius. de leg. j.

☞ Relatiuum quantitatis coniunctum verbo futuri temporis [...]dubio non facit conditionem, ſecus eſt in relatiuo ſubſtantie.

**Cum ita.** [a] Relatiuum quantitatis coniunctum verbo futuri temporis, in dubio conditionem [...]n facit. h. d. ¶ Op. † relatiuum iunctum verbo futuri temporis [...]cit conditionem, l. Stichum. ſ. ti. j. Sol. hic in relatiuo quantita[...]s, ibi in relatiuo ſubſtantie. Pro hoc l. ij. ſ. de her. inſt. ⁊ l. Clemēs. [...] ſi. Rationem dixi in d. l. Stichum. facit ad hoc ſ. de contrahen. [...]mp. l. hec venditio. §. pe.

ADDITIO.

LEX. ¶ Cum ita. Adde Bar. in l. j. circa ſi. in ver. videamus de [...]latiuo. j. de cond. ⁊ dem. vbi hunc tex. poſt eum allegaui.

LEX LIII.

**Si ita quis** [a] Verbum poteſt, eſt extenſiuum, ⁊ ideo licet ſit preſentis tēporis, por[...]rigitur ad futura. h. d. Opp. ſ. eo. l. ſi ita ſcripſiſſet. Sol. hic propter naturam illius verbi poteſt, quod eſt extenſiuum, aſſi[...]at gl. etiā alias rationes de dictione poteſt. Dixi in l. Gallus. [...]rin. de li. ⁊ poſt. ⁊ de iniuſto teſt. l. j. in prin. ¶ Quero, vſque ad [...]antum tempus extendatur ſignificatio huius verbi, poteſt. [...]eſp. Dy. vſque ad tempus mortis, l. ſi. de op. leg. Et hoc induce[...] in ar. ad q. ſi dicatur in teſtamento, ſi non valet iure teſtamenti, [...]eat omni iure quo valere poteſt. De quo dixi in l. ſi ita. de aur. ⁊ [...]gen. lega.

ADDITIO.

LEX. ¶ Si ita quis. Adde quod no. Bar. in l. ſi ita. hic alle. ⁊ de [...]rbo preſentis temporis, an comprehendat futurum, vide Inn. [...]c. dilecti. de exc. ⁊ vide Bal. not. in l. eam quam. C. de fideic.

☞ Ciuiliter factum non ſufficit ad implementum conditionis. [...]ater inſtituto filio ſubſtituit, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſe deſcen[...]entibus, ⁊ filius ingreditur monaſterium, ſubſtitutio euaneſcit, [...] ſic bona ad monaſterium debentur.

Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, fauore monaſterij habetur pro non ſcripta.

**§. Is cui in tempus.** Ciuiles filij cōditionem non implent. h. d. Vel aliter. Ad † implementum conditionis non ſufficit ciuiliter factum. h. d. Op. gl. de l. ſi mater. C. de inſt. ⁊ ſubſt. Sol. vt dixi in l. Gallꝰ. §. ⁊ quid ſi tantum. ſ. de lib. ⁊ poſth. Dyn. † inducit iſtā legē ad queſt. teſtator ſubſtituit filio, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe deſcendentibꝰ, demū filius rogatus ingreditur monaſteriū, queritur vtrum defi[...]ciat illa conditio, quaſi illa verba ex ſe debeant aliud operari, quā in eo caſu quo nō fuiſſent apposita: Dy. dt eſſe idē, qꝛ expreſſio eorum que tacite inſunt nihil operatur. Sed iſta conditio de ſe habebat eundē intellectū, qꝛ appellatio filiorum ſimpliciter facta, intelligitur de ex ſe natis, vt hic. ⁊ de cōd. ⁊ dem. l. fidecōmiſſum. Hāc queſtionem non proſequor hic, ſed examinabo eam in quodam cōſilio[a] iſtius tenoris, videlicet. Parmenſis, quidam filium inſtituit, ⁊ iuſſit ꝙ ſi decederet ſine filijs ex ſuo corpore natis, deueniat in Ioannem, demum dictus filius inſtitutus ingreſſus eſt monaſte[...]rium, ⁊ ibi deceſſit: queritur vtrum dicta bona perueniāt in dictū Ioannem, an ad dictum monaſterium: In illa queſtione licet fue[...]runt varie opi. doc. ⁊ diuerſimode ſcripta determinata reperiant[...], [e]go tamen hoc vltimū arbitror fore veriſſimum, ꝙ bona predicta [d]ebeāt ad dictū monaſteriū pertinere, ⁊ ſubſtitutioni pdicte locus [n]ō ſit. primo enī hoc tenet Dy. in hoc §. per talē rationē, appella[ti]o filiorū ſimpliciter facta intelligitur de ex ſe natis, vt hoc §. ⁊ de [c]ōd. ⁊ dem. l. fideicommiſſum, ſed expreſſio eorū que tacite inſunt, [n]ihil operat[ur]. l. iij. ſ. de le. j. de fidei. l. nō recte. ergo perinde eſt habē[d]ū, ac ſi non fuiſſet expreſſum, ex ſe natis. hoc autem non expreſſo, [n]on eſt dubiū ad monaſteriū pertinere, aut. de ſan. epiſ. §. ſed ⁊ hoc [p]reſenti. C. ad Tre. auth. niſi rogati. Secundo hoc tenet † Ric. ma. per talem rationem, illud fideicommiſſum, ſiue hec conditio reprobatur, ⁊ pro non adiecto habetur, non ideo quia monaſterium habeatur loco filij: ſed quia eſt impedimento vite contēplatiue, nam quis timēs ne bona ſua cogat[ur] reſtituere, ſi deceſſerit ſine filijs, im[-]pelleret[ur] ad matrimonium contrahendum, ⁊ remoueretur a voto religionis ⁊ caſtitatis. ideo Imperator hoc grauamen habuit p nō adiecto: hoc eſt qđ dicit tex. in d. §. ſed ⁊ hoc preſenti. Ibi dum dicit, tales conditiones inualidas, ⁊ pro nō ſcriptis eſſe. Sed iſta conditio ſic expreſſa eſt multo plus contraria vite contēplatiue, caſtitati, ⁊ religioni, ⁊c. Iſta refert ⁊ tenet Cy. in d. aut. niſi rogati. Tertio ego probo, ꝙ illud ꝙ relinquit[ur] cauſa dotis, de neceſſitate intelligit[ur] p matrimonio carnali. ſ. de iu. do. l. iij. ⁊ C. de do. ante nu. l. ſi. Pro introitu vero monaſterij non pōt dari dos, vt extra de ſimo. c. non ſatis. ⁊ tamen illa conditio. ſeu cauſa remittitur aliquo ingrediente monaſteriū, licet nō poſſet dici ꝙ ciuiliter impleat[ur]. d. §. ſed ⁊ hoc preſenti, ergo ⁊ ī caſu propoſito, licet nō poſſit dici impleta conditio ciuiliter, ꝙ filij dicant[ur] ex ſe nati, tamen monaſterio debent dicta bona remanere. Idē debet ⁊ poteſt dici de eo, ꝙ relinquit[ur] cauſa donationis propter nuptias, vt d. §. ſed ⁊ hoc preſenti. Quarto, inter monaſterium ⁊ monachū, non dicitur contrahi matrimoniū ſpirituale cum ſolus Abbas dicitur ſpōſus, vt plene no. de elec. c. quia propter. per Bar. ⁊ Inn. ſed ſi fideicommiſſum relinquat[ur] ſub conditione, ſi nuptias non contraxerit, ⁊ ille grauatus monaſteriū ingrediatur, non tenetur ad fideicommiſſum. Ad §. ſʒ ⁊ hoc preſenti. Apparet ergo ꝙ hec nō eſt ratio, quia videtur defeciſſe conditio fideicommiſſi, ſed ideo quia talis conditio, ⁊ tale grauamen pro non adiecto, ⁊ pro non ſcripto habetur, qꝛ vite cōtemplatiue cōtrariaretur, ſed ī caſu propoſito eſt huiuſmodi: ergo, ⁊c. Quinto ego video ꝙ ſi aliquid relinquit[ur] mulieri, ⁊ ipſa grauatur fideicommiſſo, ſi nupſerit, ꝙ tale fideicōmiſſuʒ preſtare non tenet[ur], etiam ſi nupſerit. l. quoties. de cond. ⁊ demon. Eſt ratio, quia per hoc nuptie impedirentur, quia timore illius grauaminis nō nube[-]
b ret. l. heres meus. §. ſi. de cond. ⁊ dem. multo magis[b] nō valet iſtud
* fideicommiſſum, quando eſt impeditiuuʒ* vite contēplatiue, que
2 longe melior eſt quam actiua, auth. de mona. in prin. ⁊ ibi no. col. j.

ADDITIONES.

a IOAN. FR. RV. ¶ In quodam cōſilio. Adde ꝙ eſt primū conſilium Bar. in ordine, inc. Parmenſis quidam, cui adde Cal. conſ. xliij. in ti. de teſta. ⁊ Ang. in conſ. lxxx. ⁊ conſi. ccxxxv. ⁊ And. Barb. conſi. xiij. ⁊ in d. cōſi. habetur quid in cōtractu ⁊ quid in ſententia.

b ALEX. ¶ Multo magis. Contra iſtam determinationem dixit expreſſe Iac. de Bel. in d. §. ſed ⁊ hoc preſenti. ⁊ ibi etiā Ang. Bal. in l. Deo nobis. de epi. ⁊ cler.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Impeditiuum. Iſtam opi. ſequitur ⁊ late probat Alex. conſi. cxxj. vo. j. ⁊ cōſi. xxxv. lib. iij. inc. ſuper cōtētis.

LEX LIIII.

1 ☞ Legatarius vt legatū conſequat[ur], dʒ eſſe capax tēpore mortis.
2 Qualitas que reddit perſonam inhabilem, ante omne iudiciū poteſt diſcuti.

**Non oportet.** Nō debet de habilitate perſone diſputari ſeparatim ab
1 alia lite. h. d. ¶ Quero, † quo tempore quis debeat eſſe capax, vt legatū poſſit cōſequi: Gl. dicit tribus temporibus: qđ eſt verum in hereditatibus, in legatis vero quando eſt inhabilitas in perſona, quam teſtator tollere nō poteſt, ſufficit ꝙ reperiat[ur] capax tēpore mortis, l. non intelligitur. §. qū autem. de iure fiſ. ⁊ de do. cau. mor. l. in mortis. Ita dicit Dy. ⁊ bene. Extra gl. op. ꝙ de habilitate perſone poſſit per ſe ſeparatim ab omni alia cā queri. l. de etate. ſ. de mino. ⁊ de ferijs. l. ij. ibi. vt etates probentur.
2 ⁊ l. cum te minorem, C. de prob. Sol. † ibi queritur de etate que eſt talis qualitas, que reddit perſonam inhabilem ad iudicium exercendum: vnde bene pōt de hoc queri ante omne iudiciū, hoc eſt, talis qualitas, que tangit merita cauſe. licet enī eſſet nō capax nō propter hoc erat inhabilis ad iudiciū exercēdū, ſʒ deficit iuſtitia ſua.

LEX LV.

1 ☞ Actio perſonalis hereditaria datur contra vnum ex heredibus inſolidum, etiam ad quantitatem fauore dotis.

**Cum ab vno.** Si legatū ab vno herede, relictum animo compenſandi cum debito, deficiat, ille heres illius debiti onus ſuſtinet, ⁊ debitum, quod quis inſolidum ſuſtinet, in totum cōputat in imponēda ratione Falcidie. h. d. ⁊ eſt ſingularis lex iſta,
1 quā no. ⁊ no. diligēter ꝙ in ſummario dixi. No. hic caſum, † ꝙ actio perſonalis hereditaria dat[ur] cōtra vnum ex heredibus inſolidum, etiam ad quantitatē, quod eſt ſingulare. Op. ſ. ti. j. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ⁊ ī. ti. j. l. nomen. §. vni. ⁊ fa. ercíſ. l. ſi filia. ver. plane. ⁊ C.
a de pac. l. pacto ſucceſſorē. So. gl. tribꝰ modis. primo, ꝙ ſpeciale[a] ſit fauore dotis, ne mulier habeat neceſſe agere cū pluribꝰ perſonis, ⁊ iſta eſt vera. quā tenent Dy. ⁊ Cy. in l. pro hereditarijs. C. de he. ac. Secunda ſo. eſt, ꝙ in eū datur actio nō directo, ſed per obliquum: qꝛ ſi omnes heredes conuenirentur actione de dote, iſte conueniret[ur] ab alijs actione ex teſtamēto. Cōtra hoc facit tex. q dicit eū dotis actione teneri. Sed reſp. id eſt, actione ex teſtamento nomine

dotis. Hanc tenet Gul. in l. auus. ſ. de pac. qd eſt contra hūc text. in fi. qui non poteſt gloſſari, cum dotem totā ſoluat, vt es alienū, non vt legatū: tene ergo primā. Tertia ſol. redit in idem cum iſta, ⁊ eodem moꝛbo laboꝛat. ¶ Op. ad fi. ſ. de he. inſt. l. ex facto. ⁊ ad le. Fal. l. Reſennius. Solu. reſpectu mulieris eſt es alienū, ⁊ ideo quo ad ceteros legatarios, vt es alienum habetur in computatione Falcidie: quo ad heredes vt legatum habetur.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Pꝛimo quod ſpeciale. Et hoc expꝛeſſe fauoꝛe dotis tenuit etiam Bar. in l. debitoꝛum. C. de pac. ⁊ no. per Im. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtatoꝛ. ſ. ti. j. ſed Bal. in d. l. pꝛo hereditariis. ver. quarto aliter dixit de intellectu huius l. no. per Bar. ⁊ doc. in l. continuus. §. fi. de ver. obl. ad fi.

LEX LVI.

## SI cui fundus.

Ualet legatum rei vendende pꝛo iuſta eſtimatione. h. d.

LEX LVII.

1 ☞ Uerbum, video, poteſt referri ad omnem ſuum ſenſum.

## SI mihi ⁊ Titio.

Habuiſti ſ. ti. j. l. ſi mihi ⁊ tibi in pꝛinc. dic vt ibi not. In tex. ibi, placere video. hoc ad intellectum mentis. non ad ſenſum coꝛpoꝛis refertur. ⁊ ſecundum Iac. de Are. ſimile in omnibus legibus, que incipiunt videamus. l. videamus. ſ. de in li. iur. ⁊ l. item apud Labeonem. §. ſi ſeruo quis ſic. de iniu. ⁊ l. videamus. de vſur. ⁊ ſimiles. ſecundum Iaco. de Are. facit quod iſtud dicere † video, poſſit referri ad omnem ſenſum. per quem repꝛeſentatur aliquid intellectui. ſecundum Iac. de Are. ⁊ doc. facit l. teſtium. C. ſ. de teſti. facit l. ij. §. idem Labeo. de aqua pluui. arcen.

1 ☞ Hereditas repꝛeſentat perſonam defuncti, non heredis.
2 Seruus hereditarius hereditate iacente repꝛeſentat perſonam defuncti, non heredis.

1 **§. Si eo herede.** Hereditas † repꝛeſentat perſonā defuncti, non heredis, h. d. Opp. de l. vſuſfructus. j. de ſtip. ſer. Solu. Aliud de vſufructu, qui requirit factum perſone vtentis. aliud in hereditate ſeu pꝛopꝛietate. vt ibi patet. Op. de l. hereditas in multis. de acq. re. do. Sol. aliud in hereditate relicta ſeruo. quam in legato: quia in ea querenda requiritur domini iuſſus. ſed hereditas iacens non poteſt iubere. d. l. hereditas in multis. de acq. re. do. Op. j. eo. l. debitoꝛ. §. ſeruo. So. vt ibi. Opp. de l. nouatio. de noua. vbi ſeruus repꝛeſentat perſonā
2 heredis. ¶ Sol. † iacente hereditate perſonam defuncti repꝛeſentat. vt hic, ⁊ l. moꝛtuo. de fideiuſ. ⁊ ea adita retro fingitur repꝛeſentaſſe perſonam heredis. l. heres quandoque. de acq. he. ⁊ l. ſi ex re. in fi. de ſtip. ſer. ⁊ l. omnis hereditas. ⁊ l. omnis fere. j. de reg. iu. que fictio non habet locum, niſi pꝛo ea parte pꝛo qua quis poteſt ſuccedere, vt hic patet. Op. ſi inſtituitur ille qui pꝛo parte eſt capax. ſequitur quod quis decedit pꝛo parte teſtatus. ⁊ pꝛo parte inteſtatus. contra ea que habentur in l. ius noſtrum. de reg. iur. dic vt no. in d. l. ius noſtrum. ⁊ C. de ſecund. nup. l. j. quod no. bene.

LEX LVIII.

1 ☞ Relictum ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſoꝛem quādo habet dignitatem per ſe: ſecus in conſequentiam alterius.
2 Dignitas, quam quis habet per ſe, eſt foꝛtioꝛ quam illa, quam qs habet per alium.
3 Relictum vicario non tranſit ad ſucceſſoꝛem, ſecus ſi relinquitur epiſcopo.

a
1 **QUod Pꝛincipi.** ᵃ Relictum ſub † nomine dignitatis trāſit ad ſucceſſoꝛē in dignitate, ſi dignitatem quis habet per ſe: ſecus ſi per conſequentiam alterius. h. d. Op. ſi legatarius decedit antequam cedat dies legati, non tranſmittit legatū C. de cad. tol. §. in nouiſſimo. Gl. dicit, ꝙ aliter cedebat dies olim, aliter hodie, quod non eſt verum, imo eodem modo, vt l. j. ij. ⁊ iij. j. quando di. leg. ced. ⁊ ex. l. j. C. de cad. tollē. colligitur ex lege Papia de qua ibi, que fuit quoddam ius medium, vt dixi in l. Celſus. ſ. eo. ti. Itē dicit gl. ꝙ iſtud eſt ſpeciale in pꝛincipe. Certe ſi Pꝛincipi eſt relictum ſub nomine dignitatis, nulla eſt ſpecialitas, l. annua. §. j. de annu. lega. ſed ſi eſt relictum ſub nomine pꝛopꝛio, tunc poteſt ꝑcedere gl. ¶ Op. j. ti. j. l. ex imperfecto, ⁊ l. cum heredes. C. qui teſt. fac. poſ. Gl. ſoluit. ibi quo ad ſolennitatem, hic quo ad tranſmiſſionem: ſed vt dixi, etiam quo ad tranſmiſſionem iſta lex continet ius commune, ſi ponimus relictum ſub nomine dignitatis, vt text. innuit. Op. j. l. pꝛox. nam Auguſta habet eadem pꝛiuilegia que pꝛinceps habet, vt l. pꝛinceps. ſ. de legi. Dicit gl. fallit hic, vel hic fuit ꝓ nō ſcripto. ſ. l. pꝛox. fuit caducū, vel quaſi. Tu dic ꝙ ſ. l. pꝛi. fuit relictum ei qui habebat dignitatem pꝛincipaliter, ⁊ per ſe: in pꝛo-
b xi. l. ſi Auguſte. ᵇ fuit relictum ei qui habebat dignitatem per aliū, l. femine. ſ. de ſena. ⁊ hoc tenet Pet. ⁊ Cy. refert. in l. cum here[...]
2 C. qui teſta. face. poſ. Ratio, † quia foꝛtioꝛ eſt dignitas, quam [...] habet per ſe, quam illa, quam quis habet per alium, l. j. ⁊ ij. ſ. de
c ſi. pꝛoconſ. ⁊ lega. Et ſic, facit ᶜ iſta lex, quod ſi relinquitur epiſ[...] ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſoꝛem: ſecus ſi relinque[...] vicario, quia tunc non tranſiret in ſequentem vicarium.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quod pꝛincipi. Ad materiam huius l. vide Ba[...] ru. C. de iure fiſc. in pꝛin. ⁊ quando relinquitur aliquid ſub no[...] dignitatis, vt epiſcopo, ⁊ ſimi. an tranſeat ad ſucceſſoꝛē. Add[...] per gl. in l. ⁊ qꝛ. ad fi. de iuriſ. omn. iud. ⁊ Bal. in l. hac conſult[...] in j. col. C. qui teſta. fac. poſ. ⁊ Bar. in l. ciuibus. de reb. dub.

b ALEX. ¶ In l. ſi Auguſte. Et facit hec l. ſi Auguſte, ꝙ ſi [...] quo vxoꝛi ſub nomine appellatiuo an tranſeat ad ſecundam [...] rem. Bal. quod non in l. fi. de indi. vidu. tol. per Bar. ⁊ Bal. in [...] quia. ad fin. ⁊ dixi poſt Bar. in l. qui liberis. §. hec verba. de v[...] pu. ⁊ Bal. in l. hac conſultiſſima in j. co. C. qui teſt. fa. poſ. per [...] c. quoniam Abbas. de offi. dele. vbi aliqua contra Bar.

c AND. BARB. ¶ Et ſic facit. Idem dic ſi committitur [...] cario ꝙ non extenditur ad ſuperioꝛem, vide ꝙ no. in c. fi. de o[...] le. vide etiam An. in c. quoniam Abbas. pꝛope ſi. de offi. de[...] no. dicit, idem ſi committitur cauſa non habenti dignitatem [...] ne pꝛopꝛio, per iſtum tex. alle. Pe. in l. ⁊ quia de iu. om. iu. ſ. [...] ſi eſſet commiſſa reſpectu tribunalis, foꝛte tunc poterit cog[...] re ipſe vicarius remotus ſi inceperat, ⁊ idem dicit de legato [...] pe in Spec. de le. §. ſupereſt. ver. ſed pone ꝙ dominus. ⁊ vide [...] pꝛealeg. loco. ⁊ vide Bar. in d. l. ⁊ quia.

LEX LXII.

## IUlianus ait, ſi a filio.

Si fidei[...] miſſus [...] cit, legatum remanet penes legatarium, ⁊ ad hered[...] non tranſit, h. d. Et hāc legem declara, vt l. ſi quis T[...] tio. in pꝛin. ſ. eo.

LEX LXIII.

## SI titio.

Si poꝛtio non grauata accre[...] contributio. ⁊ legata ſolida pꝛ[...] d. Querit gl. quid econtra ſi poꝛtio grauata accre[...] grauate, ⁊ hoc quod gl. dicit, eſt verum, ꝙ ille cui accre[...] grauata, tenetur ad illa legata non tamen fit contributio [...] geantur, pꝛopter poꝛtionem ſuam non grauatam. l. j. §. ſi co[...] dem. j. ad l. fal. quod eſt no.

1 ☞ Poꝛtio deficiens accreſcit cum onere ſuccedentibus [ab in]teſtato.
2 Poꝛtio nominatim grauati non accreſcit coheredi cum o[...]

1 **§. Iulianus.** Poꝛtio † deficiens accreſcit cu[...] ſuccedentibus ab inteſtato. h. d. [...] titu. j. l. j. §. fi. vbi vadit ſine onere. Sol. ꝙ hic ambos grau[...] ſol. videtur contra text. ibi, cum eſſent ab eo fideicommiſſa[...] Unde alij dicunt, ꝙ hic erant ambo in eodem gradu, vnde [...] ſuccedunt ex pꝛeſumpta voluntate defuncti: ibi erat vnu[...] gradu, alius in ſequenti, tunc ſequens non ſuccedit ex [...] tate defuncti, cum de eo defunctus nō cogitauit. Sed [...] op. ſ. de codic. l. pe. ⁊ l. ſi quis, cum teſtamentum nullum [...] detur fieri differentia, ſiue ſint in eodem gradu. ſiue in di[...] de gl. tenet pꝛimam ſol. Dy. tenet ſecundam. Nec obſt. d. [...] quis cum teſtamentum nullum, quia ibi teſtatoꝛ grauau[...] tes ab inteſtato, hic nominatim. Item in d. l. pen. ſuccede[...] pꝛeter ſpem defuncti, quia de eo non cogitauit: hic vero cog[...] de eo. Sed huic ſolu. obſtat, quia Iuriſconſultus pꝛobat [...] exemplum de ſubſtituto: ſed relicta nominatim ab inſtituto [...] tur a ſubſtituto, l. ſi plures. j. tit. j. ⁊ l. j. §. id ꝙ ex ſubſtitutione [...] l. fal. Dicendum eſt ergo, ꝙ ambe ſolutiones iniſte. ſint ve[...] licet ꝙ ambo erant in eodem gradu, vt pꝛobat litera que d[...] heredem eius. Item ambos nominatim grauauit, vnde acc[...] alteri cum onere ſuo, l. ſi duobꝰ. §. j. ⁊ l. ciuitatibus. §. Lucius
2 j. Secus ſi vnum † tantum grauauit nominatim, quia tunc [...] accreſcit cum onere, l. Celſus. §. pe. ⁊ ſi. ſ. eo. ⁊ pꝛobatur per ex[...] plum de inſtituto, ⁊ ſubſtituto vt dixi ſ. De hoc dicemus in l. c[...] pater. §. cum exiſtimaret. j. eo.

LEX LXIIII.

## SI alienus.

Si per ſeruum non qu[...] ditas domino, ſed ſibi [...] netur ad onera domino impoſita. h. d. Opp[...] teneatur directo, cum pater, vel dominus teneatur [...] ſuus filij, vel ſerui. gl. ſol. innuit, quod naturalis oblig[...] tur in vtilem, ⁊ directam: quod videtur contra l. ſi eius. [...] Huius timoꝛe gl. loquitur dubitatiue, dū dicit vtile, vt [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quaſi dicat improprie loquor.quia naturalis non diuiditur in ectam ꝛ vtilem.Contrarium iſtud declara,vt dixi in l.cum filio nil.de leg.j.

LEX LXV.

**Jheres.** Si per heredem res legata ſine dolo con-ſumatur legatario per in factum actio-n ſuccurritur.h.d.Opp.ſupra de conditio.indebi.l.in ſumma.§. Glo.dicit,hoc ideo,quia commodum habuit a defuncto, ideo n diſtinguit ſciens,vel ignorans.De quo dixi in l. cetera. §.fi.ꝛ q.ſupra ti.j.ꝛ l.ſi ſeruum.§.de illo.j.de ver.obli.

LEX LXVI.

Verba enunciatiua inducunt probationem eorum,que in te mento ſunt geſta.
ideicommiſſum probari poteſt per coniecturas.
diſpoſitio teſtatoris per quot teſtes probari poſſit.

**Am proponebatur.** [a] Verba enunciati ua,†inducunt pro-ationem eorum que in teſtamento ſunt geſta h.d.Op. quod non nducunt probationem,l.Aurelius.§.fi.j.de lib.leg.ꝛ l.Lucius.§. j.ti.j.Sol.verba enunciatiua in vltimis voluntatibus inducunt probationem eorum, que geſta dicuntur in teſtamento, vt hic non eorum,que dicuntur geſta extra teſtamentuʒ. Op.de l.ex fa to etiam agitatum.ſ.de here.inſti.Sol.vt ibi. ¶ Quero,†dicitur ic[b] ꝙ fideicommiſſum,poteſt probari ex cõiecturis,que ſunt iſte oniecture?Gl.dicit hic ꝙ teſtator prius dixit ſe velle ſubſtituere: oſtea dicit per errorem ſe omiſiſſe.hoc ſufficeret.Item ſufficit ad robandum,ſi enunciatiue ſcripſit hoc in teſtamẽto,vt hic in tex. de gl.ꝛ no.eam.No.quod ſi teſtator antequam veniret ad teſta-entum,dixit ſe velle ſubſtituere,ꝛ poſtea non ſubſtituit,quod nõ eſumitur quod per errorem omiſerit,niſi ipſe poſtea dixerit ſe o iſſe:vel in teſtamento,vel in alia vltima voluntate dixerit ſe hoc iſſe.Contra hoc videtur ſupra de her.inſti.l.quoties.§.j.ꝛ quod ri in l.ſi quis in fundi vocabulo.ſ.titu.j.Solue vt ſtatim dicam. ¶ Quero,†per quot[c] teſtes debet hoc probari gl.dicit[d] * hic,qđ er ſeptem in teſtamento, per quinque in codicillis. Contra hoc idetur ſupra de teſtamẽ.l.heredes.§.ſed ꝛ ſi notam.Diſtingue,[e] uandoque quis vult probare diſpoſitionem teſtatoris,quando-ue diſpoſitio teſtatoris eſt certa: ſed vult quis probare erratum n aliqua qualitate, vel quantitate. Primo caſu, ſiue quis velit probare diſpoſitionẽ directo,ſiue per coniecturas,requirũtur ſep ptem in teſtamento,ꝛ quinque in codicillis,etiam ad probandum illas coniecturas,l.fi.C.de codicil.ꝛ ita loquitur gl.ij.ꝛ fi.hic. Se-cundo caſu ſufficit probatio per minorem numerum teſtium,d.§. ſed,ꝛ ſi notã,ꝛ ibi no.Item ſufficit teſtatorem probare dixiſſe,ante quam ad teſtamentum veniret,d.l.quoties.§.j.ꝛ dixi in d.l.ſi quis in fundi vocabulo.

ADDITIONES.

ALEX. ¶ Cum proponebatur.Et tene menti quod dicit Bal.in c.j.§.itẽ ſi vaſallus,ſi de inueſtit. cõtrouer.fuer.per hãc gl.vbi om nino vide,ꝛ no.etiam Ro.in l.admonendi.de iureiur.ꝛ Bal.in l.ij. C.de iureiur.ꝛ Bal.in l.ij.C.de ſecun.tab.ad fin.Et iſtum text.cum gl.inducit ſing.Bal.in c.j.§.ſi quis.ſi de inueſti.inter domi.ꝛ vaſal. lis oriatur,quod vbi lex requirit taxatum numerum teſtium ad a ctum fiendum quod nedũ,in factum per pauciores probari nõ po teſt,ſed nec etiam error facti,vt hic,licet Bar.hic aliter intelligat Et vide Bal.i l.ſi fortidianũ.C.de leg.ꝛ i l.error. C.de teſta.Adde tamen quod vbi non eſſet erratum circa ſubſtantialia inſtrumen-ti,probaretur error per duos teſtes ſecundum gl.in l. heredes pa lam.§.ſed ꝛ ſi notam.ſ.de teſt.ꝛ vide Bart.in d.l.error, ꝛ qualiter probetur error,vide no.per Barto.in l.quoties.§.tantundem,de her.inſti.ꝛ in l.ſi librarius in fi.de reg.iur.ꝛ ibi dixi ſecundum bal. in l.fi.C.de eden.hec lex eſt ſing.quod error inſtrumenti debet ple-ne probari.

AND. BAR. ¶ Quero dicitur hic.No. quod manifeſtum dicit id quod conſtat ex coniecturis, ꝛ ſi vſurarius pronuntiatus per coniecturas,dicitur manifeſtus ſecundum Bal. facit quod no.in c.cum in dioceſi,de vſur.ꝛ gl.in c.ij.eo.ti.

AND. BAR. ¶ Quero per quot.Et not.quod hic dicit Bal.ꝛ per tot teſtes probatur indicium,per quot probatur ipſa res, fa-cit gl.ſing.in l.fi.C.fami.erſci. Tu dic quod vnus teſtis de directo deponens ſuper maleficio facit indicium ad torturas. l. iij. C.ad legem Jul.maieſta.Bar.in l.fi.j.de queſtionibus.

ALEX. ¶ Gl.dicit.Iſtam gl.allegaui tibi in l.ſi librarius.de reg. iur. ad fin. Et de materia probandi voluntatem teſtatoris, ꝛ per quot teſtes,vide l.fi.ꝛ quod ibi gloſ.ꝛ Bal.C.famil.erciſ.vbi etiam per Bar.alle.etiam Bal.hanc gl.in l.ij.ver.ex his.C.de ſecun.tab. ꝛ in l.fi.C.de fideic.ꝛ ibi etiam in vlt.col.vbi vide,ꝛ cum Bar. con cordat Bal.Ang.ꝛ Imo.in l.quoties.in prin.iuncto §.j.ſ.de her. inſti.ꝛ ad no.pet Bar.hic,vide do.de Rota in deciſio.ccxxxvij.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Vide per iſtam gl.quod dicit Alex.in ru.j.de acq.poſ.vbi alle.alias quotas,ꝛ vide etiam per eundẽ cõſ. cxl.in ij.dub.volu.j.ꝛ aliquid ad eius limitationem per Felyn.in c. edoceri.de reſcrip.

e AND. BAR. ¶ Diſtingue.Et Bal.hic dicit,ſi due ſunt ſcriptu-re ad idem,ſed diuerſimode ſe habent.ſi fieri poteſt vna ad alterã reduci debet,per tex.in l.Sempronius.ſ.eo.Si autem non neutri ſtabitur.l.ſcripture.C.de fid.inſtru.niſi vna eſſet magis originalis quam alia,quia tunc ſtaretur originali.

LEX LXVII.

**PEculium** Si legatur vniuerſitas, augmen-tum,ꝛ diminutio contingens etiã viuo teſtatore,ad legatarium pertinet.h.d.iſtud prin-cipium.

1 Corpus quod vno ſpiritu conſiſtit ſi legatur,ꝛ perijt,non de betur quod ſupereſt.

2 Domo legata,ꝛ perempta area caſmate,vel impetu aque, cemen ta que remanerent,non debentur.

**§.Quadrige** Si legatur res ex pluribus corporibꝰ conſiſtens , ſi extinguitur quod ibi eſt principale,perit legatum.h.d.Op.ſupra proxim.vbi quicquid ſu-pereſt ex legato,debetur.Solu.dicunt quidam,qđ hic deceſſit ille equus qui demonſtrabat quadrigam.ſed gl.dicit,quod non curat quis equus de quatuor deceſſerit.Ad cõtrarium dico, quod quic quid ibi remanebat,retinebat nomen peculij,ꝛ familie:hic vero,v no perempto, deſinit eſſe nomen quadrige.Contra hoc videtur l. ſi grege.ſupra tit.j.vbi ſi ex grege remaneret vnus,ille debetur ſo-lus,tamen non eſt grex:ſed poteſt dici,licet vnus non ſit grex,re-tinet tamen nomen gregis, l.ſicut municipium.in fi.ſ.quod cuiuſ. vni.no.Hoc non placet,quia ſi,legatur domus,ꝛ remanet area,de betur area,licet non retineat nomen domus,d.l.ſi grege,ſ.ti.j. Di

1 cas ergo,ꝙ in corpore†quod vno ſpiritu conſiſtit,vt homo,bos, ꝛ ſimilia,eo perempto non debetur quod ſupereſt,vt l.mortuo. in princ.ſ.eo.Ratio,qꝛ perit pars principalis,ſcilicet ſpiritꝰ vitalis vt ibi dixi,ita in quadriga,ſi perit pars principalis.ſ. ille equꝰ qui demonſtrabat quadrigam ꝛ eam dirigebat,non debetur ꝙ rema-net:ſecus ſi alius equus deceſſerit:ꝛ ita vult dicere iſte tex.ita in a rea,nam domo deſtructa ſupereſt area,que eſt potentiſſima pars

2 domus,l.eum qui edes.j.de vſucap.Sed ſi periret † area,caſinate forte,vel propter abundantiam aque,tunc cementa, que remane-rent,forte non deberentur,argum.d.l.mortuo. ſupra eod. argum. huius.§.

1 Fideicommiſſum vniuerſale conſeruatur per authenticam ex cauſa.

2 Heres grauatus a teſtatore,vt hereditatem reſtituat poſt morteʒ ſuam,ſi hereditas vadit ad venietes ab inteſtato non tenetur ad fideicommiſſum,niſi inſtituto moriente.

a **§.Titio.** [a] Si legatum relinquitur ab vno ſub conditio-ne que ex eius perſona dependet,ſi legatũ tranſ fertur ad alium,non transfertur conditio.h.d. Op. hic dicitur,ꝙ dies cedit alteri adita hereditate contra,imo tale legatum eſt nul lum,l.poſt mortem.§.ſed ſi ſeruo.ſ.tit.j.Sol. hic non fuit relictum ſeruo,ſed Titio.Sed contra hoc op.quia preualet legatum liber-tatis,ꝛ legatum de ſeruo non valet d.l.ſi poſt mortem.§.fi.Sol.di cit gl.ibi quod fuit relicta libertas per fideicommiſſum , ꝛ hoc te-net Dy.ꝛ hoc videtur contra tex.hic,quando dicit, libertas com petit,ꝛ ibi,liber eſſe iuſſus,ꝛc.Unde Jac.de Are.dicit, quod fuit relicta libertas directe , ꝛ fatetur contrarium quod legatum non valet,ꝛ ponit quod hic legatum fuit factum ſeruo ſub eadẽ die, ꝛ conditione qua libertas,ꝛ punctuat hic in prin.poſt dictionem,le gatum.Si tenes primam,expone tex.vbi dicit,libertas competit. ſ.fideicommiſſaria.ꝛ vbi dicit,eſſe iuſſus eſt,intellige per fideicom

1 miſſum.Ultimo induco iſtam legem pro caſu ad q. ego tenui †qđ per auth.ex cauſa.C.de lib.prete.conſeruatur vniuerſale fideicom miſſum,l.ita tamen.§.quoties.j.ad Treb.ꝛ ſ.ſi quis omiſ.cau.teſt.

b l.ſi ſeruum.§.j.Pone ergo, [b] quod†teſtator grauauit heredem,vt

2 reſtituat per fideicommiſſum,poſt mortem ſuam hereditas venit ad venientes ab inteſtato.Certe non tenetur ad fideicommiſſum niſi illo inſtituto,moriente,vt hic.Facit l.iiij.j.de noua.ꝛ l.cum pa ter.§.ab inſtituto.j.eo.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Titio.Vide ad intellectum Imo.in l.ſi poſt mortem. §.fi.ſ.tit.j.

b ALEX. ¶ Pone ergo.Adde Bar.in l.ſi fundũ.ſ.de ac.emp.ꝛ in l.cum pater.§.ab inſtituto.in fi.j.eo.ti.

LEX LXVIII.

1 Legatum factum creditori,an valeat.

**Meuius.** Debitoꝛ partis fundi, ſi creditoꝛi ſub eadem conditione qua debebat legauit intelligitur aliam partem.non illam quam debebat legare.h.d.Pꝛimo,ponitur thema ꝛ queſtio.Secundo determinatio queſtionis. Tertio reſponſio ad vnam obiectionem,que fieret in contrarium.Quarto,reſpōſio.que fieret ad aliā Secunda ibi,voluntatis,Tertia ibi,ſane Quarta ibi,debitoꝛ autem.Op,quod in dubio non eſt veriſimile quod teſtatoꝛ grauauerit heredem ſuum duplici pꝛeſtatione,l.Titia.§.qui inuita.ſ.eo.ꝛ ĵ.ea.l.§.eum qui.Solu.ibi in eodem teſtamento,hic in diuerſis, vt tex.dicit.Sed op.quod heres,ꝛ teſtatoꝛ pꝛo eodem habētur quātum ad hoc,l.huiuſmodi.§.j.ſ.tit.j.Sol.ibi heres expꝛeſſe legauit illud qđ defunctus legauerat: ſed hec ſignificatio legati facta per heredem,poteſt aliud impoꝛtare,quam quod defunctus legauerat ſ.aliam partem,que ſignificatio accipitur, ne legatum ſit inutile.Opp.de l.qui bis.de verb.oblig.Glo.dicit expone, vt ibi. Tu dic,quod alia res eſt in ſecundo legato,quam in pꝛimo.Op.quod
1 †valeat legatum factum creditoꝛi,licet nō contineat plus,l.ſi creditoꝛi.§.j.ſupꝛa titu.j.Sol.fateoꝛ quod ibi non continet plus altero de quatuoꝛ modis,qui ponuntur Inſti.de act.§.plus.ſed continet plus quīto modo,quod declara,vt ibi dixi.¶Ultimo,vt iſta materia liqueat.hic Dy.ponit vnam diſtinctionem.Tu diſtingue aliter.Aut quis legat in quantitate,aut in ſpecie,ſi in quantitate diſtingue,aut legatum continet aliquod commodum , aut nō.l.ſi creditoꝛi.ſ.tit.j.Si in ſpecie,ꝛ tunc aut debetur mihi ex cōtractu, vt patet per illum modum.qui ponitur in l.iij.§.ſi rem.ĵ.tit.j.Aut erat mihi debita ab eo qui legabat ex illo teſtamēto,ꝛ tunc aut legat illud idem ꝙ debebatur,ꝛ non valet.l.huiuſmodi.§.j.ſ.titul.j. Aut legat aliud vere,vel pꝛeſumptiue,ꝛ valet legatum,vt hic: qꝛ videtur legare aliam partē.¶Quero,quid ſi heres non reliquiſſet totum fundum.ſed partem fundi ſub eadem conditione,an valeat.Reſpon.aut dixit partem ſimpliciter,ꝛ intelligit̄ de alia parte,vt valeat legatum.Aut expꝛeſſit partem ſibi debitam ex teſtamento Meuij,ꝛ non valet,vt pꝛobatur hic,ꝛ ĵ.pꝛoxi.§.

1 ☞Genus altero de tribus modis in iure accipitur.
2 Due cauſe lucratiue in eiuſdem perſona,ꝛ in eadem ſpecie,que vere ad oculum demonſtrari poſſent,non poſſunt eodem tempoꝛe concurrere,ꝛ quomodo intelligatur nu.13.
3 Genus repoſitū ſub vna demonſtratione,quando debetur perinde eſt ac ſi deberetur ſpecies.
4 Actio ſemel extincta non reuiuiſcit regulariter ꝛ quando reuiuiſcit,an ſit eadem cum pꝛima,vel alia.
5 Legatum factum de fundo ſimpliciter,adiecta certa demonſtratione valet.
6 Legatum quantitatis ſimpliciter,quantitate non adiecta,nō valet:ſecus eſt in legato quantitatis.
Partis appellatione valet dimidia.
7 Pꝛonomen hic,hec,hoc,licet ſit demonſtratiuū ad oculum pꝛo re coꝛpoꝛali,que eſt de pꝛeſenti:tamē etiam poteſt demonſtrare rē incoꝛpoꝛalem,que de pꝛeſenti intellectu concipitur.
8 Regula de duabus cauſis lucratiuis non habet locum,quando quantitas debetur vel illud quod in genere ſuo recipit functionē.
9 Homo pꝛout eſt genus,eſt quedam idea, ſeu imaginatio,que non eſt in commercio noſtro.
10 Legatum hominis in genere valet, ꝛ eſt conditionale , ꝛ nullus certus eſt in obligatione,ſed per ſolutionem determinandus.
11 Quodammodo,dictio,denotat impꝛopꝛietatem.
12 Datum pꝛo legato cauſa conditionis implende quando dicatur ex cauſa lucratiua,ꝛ quando ex cauſa oneroſa.
13 Lucratiue due cauſe,quando poſſint ſimul concurrere.
14 Lucratiua cauſa,ꝛ quaſi lucratiua,nō poſſunt concurrere ſimul, quo ad effectum ſolide exactionis.
Moꝛalis cauſa dicitur cauſa quaſi lucratiua,ꝛ ſimilis:vel ſi res magni valoꝛis pꝛo modico ematur.
15 Legatum dicitur cauſa lucratiua,etiam ſi fiat meritis pꝛecedentibus.
